CATALOGUS PLANTARUM ANGLIÆ, ET Insularum Adjacentium :

Tum Indigenas, tum in agris passim cultas complectens.

In quo præter Synonyma necessaria, facultates quoque summatim traduntur, una cum Observationibus & Experimentis Novis Medicis & Physicis.

Editio secunda, Plantis circiter quadraginta sex, & Observationibus aliquammultis auctior.

OPERA
JOANNIS RAII, M.A.
& Societatis Regiæ Sodalis.

LONDINI,
Typis *Andr. Clark*, Impensis *Joh. Martyn* Regalis Societatis Typographi, ad Insigne Campanæ in Cœmeterio D. *Pauli*. M. DC. LXXVII.

Quid in hac Editione de novo præstitum sit.

1. ERrata seu nostra, seu Typographica, emendavimus.

2. Plantas circiter 30, præter Fungorum 16 species, partim per oblivionem in priori editione omissas, partim noviter inventas addidimus.

3. Observationes illas promiscuas, quæ, quòd seriùs transmissæ essent, in Appendicem ad calcem libri conjeceramus, suis singulas locis disposuimus.

4. Observationes non paucas, nec, ut speramus, inutiles, quæ vel nobis legentibus ex quo Catalogum edidimus fide dignæ occurrerunt, vel ab amicis communicatæ sunt passim inseruimus.

5. Duas tandem icones, alteram Fungi phalloidis, alteram Pentaphylloidis fruticosi adjecimus.

Nomina plantarum quæ huic Editioni accesserunt.

Alchimilla Alpina quinquefolia *C. B.*

Alsine spuria pusilla repens foliis Saxifragæ aureæ. N. D.

Asphodelus palustris Scoticus minimus. N. D.

Auricula muris pulchro flore, folio tenuissimo *J. B.*

Carum sive Careum *Ger.*

Cerasus sylvestris Septentrionali fructu parvo serotino. N. D.

Fœniculum vulgare.

Fungorum 16 Species, & supersunt tamen multo adhuc plures.

Geranium Cicutæ folio inodorum album.

Gladiolus lacustris *Clusii.*

Gramen caninum Spicâ aristatâ.

Gramen cyperoides Spicâ cassâ simplici.

Gramen cum panicula Graminis lanati Dalechampii.

Gramen secalinum.

Graminifolia repens palustris. N. D.

Hieracium fruticosum latifolium glabrum.

Hieracium montanum latifolium glabrum minus.

Jacobæa Senecionis incano folio perenne.

Lysimachia siliquosa glabra minor latifolia.

Millefolium aquaticum flore galericulato minus.

Muscus arboreus nodosus sive geniculatus.

Muscus marinus rubens pennatus.

Muscus coralloides apicibus coccineis.

Ornithogalum

Ornithogalum luteum.

Polygonum Germanicum incanum flore majore.

Ribes sylvestre.

Salix latifolia folio splendente.

Sedum Alpinum ericoides purpureum vel cæruleum.

Sedum parvum paluſtre flore incarnato.

Trifolium corniculatum minus anguſtioribus foliis fruticoſius.

Trifolium pratenſe album foliis purpureis.

Trifolium Ornithopodii ſiliquis.

His adde à *D. Dent*, in agro Cantabrigienſi obſervatas, & in Catalogo omiſſas,

1. Narciſſum medio-luteum vulgarem, *quem & nos aliquoties in agrorum marginibus vidimus, ſuſpicamur tamen eum hortorum vel reliquiis, vel rejectamentis originem ſuam debere.*

2. Cardaminem flore multiplic. *Ego plantas flore pleno ſeu multiplici inſignes, pro ſpecie ab iiſdem flore ſimplici diſtinctis non habeo. Hæc tamen varietas ſine mentione à me in Catalogo non fuit omittenda.*

3. Convolvulum minimum ; *qui an Specie à minore diſtinctius ſit, cùm eum nondum viderim, non auſim certò definire.*

4. Elleborinem minorem flore albo *Park.*

5. Lichenem ſylveſtrem calic. ſtriato.

6. Ornithogalum vulgare: *quod & nos in pomariis & locis incultis interdum obſervavimus, ejuſdem*

dem tamen cum Narciſſo jam dicto originis eſſe opinamur.

7. Plantaginem roſeam. *Hanc etiam à ſemine ex hortis aliquando projecto ortam puto.*

8. Prunum ſylveſtrem fructu albo, *White Bullace.*

9. Prunum ſylveſtrem fructu nigro majore, *Black Bullace. Utranque hanc ſpeciem in ſepibus non infrequentem eſſe affirmat: pro ſpontaneis ergo per me licet accipiantur.*

Tabulæ prioris Figurarum explicatio.

Figura II Fungum phalloidem integrum repræſentat.

Fig. IV Volvam biſectam exhibet, in qua *aa* tunicam extimam: *b* Gelatinam tunicæ extimæ proximam: *c* Tunicam ſecundam ſub gelatina: *d* Pulpam viridem tunicæ ſecundæ ſubjectam: *e* Tunicam tertiam exterius reticulatam quæ erumpente phallo glandem imitatur: *f* levem illam & ſpongioſam ſubſtantiam quæ corpus veretri efficit.

CLARISSIMO VIRO

D. *Franciſco Willughby*

ARMIGERO,

Amico & Mæcenati ſuo

Plurimum Honorando,

HOC

Qualecunque Opuſculum

Grato & Devoto Animo

OFFERT AC DEDICAT

JOANNES RAIUS.

PRÆFATIO.

DEcennium est & quod excurrit, Amice Lector, *ex quo Catalogum Plantarum circa* Cantabrigiam *nascentium in lucem emisi. Hujus cùm exemplaria omnia jam sint distracta, novámque editionem superiori æstate cùm Academiam inviserem studiosi à me efflagitarent; cúmque generalem illum, quem pridem pollicitus fueram, totius Britanniæ stirpium Catalogum nullo ferè negotio ad privatum Academicorum usum accommodari posse viderem; opportunum duxi, tum ut horum desideriis satisfacerem, tum ut aliorum quoque quotquot rei Botanicæ apud nos operam dant studia promoverem, fidem datam liberare, eúmque publico exhibere. Nec mora, libellum in manus sumpsi, diligentérque perlectum & prelo aptatum Typographo permisi, ut ante exactam hyemem, si fieri posset, excuderetur. Jam ut intelligas, quantum in eo laboraverim, quam methodum secutus sim, quid-*

que demum præſtiterim, pauca quædam præfari neceſſarium duxi. In primis ergo ut Catalogum hunc omnibus ſuis numeris (quantum in me fuit) abſolutum redderem, nullis laboribus, nullis ſumptibus peperci; peragratis non ſemel etiam remotiſſimis hujus Regni provinciis, hinc Occidentem versùs ad Belerium *uſque promontorium ſeu extremum* Cornubiæ *angulum, indè versùs Septentrionem ad* Carleolum *&* Bervicum. *Quo factum eſt, ut pleraſque omnes hîc traditas ſtirpes locis ſuis natalibus creſcentes propriis ipſe oculis viderim & manibus collegerim, exceptis admodum paucis quibus obeliſcus præfigitur, vel ex idoneis autoribus,* Lobelio *aut* Johnſono *ſumptas, vel ab amicis quorum ſumma fides & ſingularis his in rebus peritia communicatas. Nec contentus fui plantas inveſtigâſſe duntaxat & collegiſſe, verùm etiam ſic collectas cum ſuis apud Botanicos hiſtoriis & iconibus ſtudiosè contuli, deſcriptis eis quæ ab aliis omiſſæ & nondum proditæ videbantur, additis verò notis Characteriſticis, quibus certò dignoſci poſſent, iis quæ confusè, obſcurè & negligenter traditæ ſunt. Atque hæc fuit longè difficillima penſi mei pars. Cùm enim Recentiores qui*

ab

ab initio Phytologiam excolere renaſcentibus jam literis cœperunt, plerique omnes Veteres imitati, plantas breviter admodum & ſuccinctè deſcripſerunt, paucis & ferè generalibus notis contenti: nonnulli etiam, ut ſtirpes à ſe inventas Antiquorum deſcriptionibus accommodarent, imaginarias quaſdam partes iis affingere non ſunt veriti; Hos ſequuti Plantarum cognitione non ſatis inſtructi, ex una & eadem ſtirpe vel breviter & obſcurè, vel diverſis anni & incrementi ſui temporibus deſcriptâ, duas vel etiam tres & nonnunquam plures ſpecies fecerunt. Quinimo in plantis ejuſdem familiæ & cognationis ſimilitudo multoties confuſionem parit, inque tanta multitudine ſpecierum & brevitate deſcriptionum exercitatiſſimus quiſque perſæpe hæreat neceſſe eſt, nec quid ſibi velint Botanici facilè divinare poſſit; cùm generalis & ambigua deſcriptio, vel pluribus ejuſdem generis, vel fortaſſe nulli ſibi cognitæ aut ab aliis deſcriptæ competere videatur. In plantis verò ubique obviis & vulgaribus, quas quotidianis conculcamus pedibus, maximam plerunque difficultatem experimur, dum nonnulli ſolis nominibus defuncti eas tanquam ſatis notas prætereunt, alii neg-

ligenter adeò & perfunctoriè describunt, ut non descripsisse satius fuisset; unde historiæ Graminum, *v. g.* Hieraciorum, Atriplicum, Lapathorum *magnâ confusione & obscuritate laborant. Ex his (ut id obiter moneam) abundè constat, quàm difficile sit aliquid eximium in* Rei herbariæ *scientia consequi, quam qui pro dignitate & cum laude tractare vellet, oportet ut ingenio & memoria polleat, ut utriusque Linguæ, tum* Græcæ *tum* Latinæ, *peritus sit, ut plantas ipsas diligenter inspiciat, earumque partes omnes curiosè contempletur; convenientias, differentias, sapores, odores, facultates exploret, ut Veterum & Recentiorum scripta attentè legat, & studiosè inter se contendat. Unde patet, quàm non æquam viribus suis materiam sumpserunt* Gerardus *&* Parkinsonus *nostrates, cùm* Historias Plantarum *generales conscribere aggressi sunt, homines neque ingenio præstantes, neque Linguarum cognitione instructi, neque in plantis ipsis inspiciendis & observandis satis diligentes, quos si in re aliqua difficili consulturus adeas, nihilo plerunque doctior, sed aliquanto fortasse perplexior discedes, cùm involvant potius omnia & obscurent*

quam

quam explicent aut illustrent. Verùm de iis, nè defunctorum manibus insultare videar, plura dicere supersedeo.

Quod ad methodum attinet, Stirpium titulos Alphabetico ordine disposui, partim ut brevitati, cui in hoc opusculo studeo, meliùs consulerem; partim etiam nè Phytologiæ studiosi cum fastidio suo & temporis dispendio eandem plantam bis quærere cogantur, semel in Indice, iterum in Libro; partim denique quia methodum generalem plantarum omnium, cum notis generum characteristicis, quàm possum accuratam, brevi Deo dante emissurus sum. Synonyma duntaxat necessaria, Gerardi sc. Parkinsoni, Johannis & Caspari Bauhini *titulos adjeci, nè volumen in majorem crassitiem intumesceret, quàm ut commodè circumferri possit. Reliqua siquis desiderat,* C. Bauhini *pinacem aut* J. Bauh. *historiam adeat. Quæ de viribus adjeci, è probatissimis Medicis juxta ac Botanicis sumpsi, additis insuper novis observationibus benè multis, partim nostris, partim ab amicis communicatis, nec non medicamentis aliquot rarioribus, usûs eximii, quibúsque in periculosissimis nonnullis affectibus & symptomatis potissimùm fidunt*

Medici

Medici hujus ævi celebriores. Fatendum tamen est (neque enim Lector id debet ignorare) quòd nec medicamenta hîc proposita, nec quævis alia à plantis desumpta, semper & in omnibus promissos effectus sortiantur; vel ob nimiam fortasse cum ægri constitutione convenientiam, unde ei cibus potiùs quàm medicina fiant; vel ob nimiam repugnantiam, unde ventriculus ab iis abhorreat & debilitetur, siquidem medicandorum temperaturæ non parum varient, Quodque aliis cibus est, aliis fuat acre venenum; *vel denique quia non tempestive adhibentur. Satis est si plerunque medentis expectationi respondeant. Quocirca prudens Medicus ad singulos morbos pharmacorum copiam paratam habere debet, ut si hoc minus succedat, aliud & aliud experiatur. Nè quis igitur imaginetur uni alicui morbo unum aut aliud remedium sufficere, nec opus esse tantâ multitudine; cùm eadem, ut diximus, omnibus non conveniant, & alicubi fortasse haberi, aliquando etiam urgente symptomate expectari non potest quod commodissimum est, sed ex hortis aut agris vicinis Medicus petere cogatur quod proposito suo conducat. Quid quod tenuioribus quorum facultates medicamentis*

mentis carioribus & longiùs petitis comparandis non ſufficiunt, adverſæ valetudinis præſidia quærenda ſunt è domeſticis & ſponte ortis, quæ unicuique malo opportuna benigna parens Natura affatim ſubminiſtrat. Cùm autem Schroderus *plantarum officinalium facultates ab aliis ſusè traditas magno ſanè cum judicio in epitomen contraxit, nè actum agerem, ejus verba plerunque adhibui, omiſſo ſubinde per incuriam aut feſtinationem Autoris nomine, quod & in aliis quandoque factum hîc palàm agnoſco & profiteor, nè quis plagii crimen, à quo ſemper alieniſſimus fui, mihi meritò impingat.*

Quòd ſiquis me falcem in alienam meſſem temerè immiſiſſe arguat, cùm ipſe Medicinam nec faciam nec profitear; ſciat, me quamvis profeſſione Medicus non ſim, inſtinctu tamen naturæ ab ineunte ætate rei herbariæ *ſtudio deditum, & in Botanicorum ſcriptis jam diu verſatum, nec adeò hoſpitem eſſe in praxi Medica, quin facilè perſpiciam quæ cui plantæ vires potiſſimùm conveniant: quamvis in his non tam Medicum agam quàm Philoſophum naturalem.*

Jam quoniam non defuturos ſcio qui laborem

rem hunc noſtrum ut inutilem & ſuperfluum cavillentur, liceat mihi, bona Lectoris cum venia, quanto hi in errore verſentur, paucis oſtendere. Imprimis ergo obſervatu dignum eſt, pleroſque omnes qui ſtudia noſtra tanto cum ſupercilio damnant & contemnunt, harum rerum prorſus rudes eſſe & ignaros, adeoque minùs idoneos judices, qui de iis ſententiam ferant: quóſque decerct magìs prudentiſſimi vatis conſilio obſequi; Nec tua laudabis ſtudia aut aliena reprêndes. *His ſi rariorem aliquam ſtirpem oſtendas, quærere ſolent*; *Ad quod utilis ſit. Si reſpondeas vel te neſcire, vel vires ejus nondum eſſe compertas, confeſtim exclamant, Quæ hæc vana curioſitas? Quid attinet irreparabile temporis diſpendium facere in iis quæ nullius in vita uſûs ſunt, tot neceſſariis neglectis?*

Quaſi verò ſapientiſſimus rerum conditor aliquid temerè & in nullum uſum creâſſet, aut ſi nobis incognitus ſit, non eò magìs laborare debeamus ut illum inveſtigemus. Aut quaſi quæ ille creare dignatus eſt, nobis nè ſpectatu quidem digna forent. Mihi utique perſuaſiſſimum eſt, quæcunque terrâ oriuntur, ſi minùs hominibus, certè brutis animantibus naſci aut

ad

ad pabulum aut ad Medicinam. Hæc autem vel ſuis nos carnibus & lacte alunt, vel pellibus, lanâ & telis veſtiunt, vel operibus juvant, vel curſu & venationibus oblectant, ut medicamenta omittam, quæ ab animalibus innumera deſumuntur. Benè certè nobiſcum actum fuiſſet, ſi Veteres in plantis quas nobis tradiderunt obſervandis diligentiores fuiſſent, & deſcribendis accuratiores: Non tot ſententiis de plantarum nominibus hodie pugnatum eſſet; non tantum temporis & operæ inſumendum eorum menti exquirendæ, irrito demum plerunque (nec mirum) conatu, cùm quid ſcriberent nec ipſi interdum ſatis nôſſe videantur. Ut tacerem innumeros hinc errores ortos quæ Phytologiam miſerè contaminârunt, dum Recentiores plantis quibus deſcriptiones Veterum competere crediderunt, nomina & facultates quoque iis nullatenus convenientes temerè attribuerunt. Nec tantùm genera rerum noviſſe ſufficiet, ſed & ſingulas etiam ſpecies perſequi neceſſarium eſt; cùm in plantis ejuſdem familiæ & cognationis, quibus communis teſſera & character genericus convenit, ſpecies nonnullæ à reliquarum viribus & temperamento longiſſimè recedant, & diverſis, imò planè contrariis,

contrariis, facultatibus dotatæ reperiantur: ſic v. g. in genere Aconiti *reliquis omnibus malignis & venenatis* Antithora *ſalutaris cenſetur: ſic in genere* Ranunculorum *&* Tithymalorum *pleræque acres & cauſticæ ſunt, aliquæ tamen dulces & inſipidæ: in iis autem quæ earundem virium participes ſunt, aliæ aliis congeneribus multò ſunt efficaciores. Ne quis igitur ſupervacuam eſſe tantam diligentiam temerè credat, cùm perſpicuum ſit plurimùm humanæ vitæ intereſſe, ut hæc clarè tradantur, neque ſine maximo & non rarò extremo ægrotantium damno & periculo ignorari poſſe, cùm aliter facile evenire queat, ut pro Antidoto venenum, aut pro medicamento efficaci fatuum & inutile propinetur.*

Præterea qui ſcientiarum methodos inſtituere, & ſuis res ſingulas locis diſponere aggredietur (Quod quanti uſûs ſit ad eas citiùs addiſcendas, clariùs intelligendas & diutiùs retinendas, neminem in literis mediocriter verſatum latere arbitror) ſpecies omnes in numerato habeat oportet, ut poſſit unumquodque genus notis ſuis eſſentialibus & characteriſticis definire.

Deinde

Deinde qui Medicinæ limites promovere, eámque novis inventis locupletare gestit, non aliter facilius voti compos fiet, quàm omnes simplicium medicamentorum species accuratè expendendo. Formæ autem priùs cognoscendæ sunt quàm vires indagari possunt: quibus cognitis, gustu mox & odore conjecturâ captâ, singula experietur, adeóque investigabit quid in unoquoque genere efficacissimum sit & maximarum virium.

Quin & verisimile est in tanta experimentorum multitudine occursurum aliquando medicamentum unum vel alterum tanti miseris mortalibus in morbis gravissimis solatii & levaminis, ut iis inveniendis vel totam vitam impendisse non pœniteret.

His adde quòd ad differentias partium minimarum ex quibus corpora constant investigandas, ad partes ipsas à se invicem separandas, earúmque texturas & vires explorandas ad usus humanæ vitæ, accuratam specierum omnium cognitionem apprimè conducere, cùm alia in aliis phænomena magis obvia sint & manifesta; aliáque aliis in partes suas immediatas facilius resolvantur,

tur, unde & de iis quæ non adeò prompte Analyticæ obſequuntur, rectiùs judicare poſſimus.

Inſuper cùm adeò multiplex ſit & ferè inexplicabilis plantarum varietas, tot odores, ſapores, colores quibus ſenſibus noſtris blandiantur, tot figurarum elegantiæ quibus intuentes oblectent, Natura ipſa nos invitare videtur ad eas contemplandas, & ad fruendum voluptate conceſsâ & honeſtâ.

Denique cùm ſupremus rerum Opifex *ad immenſitatem potentiæ, ſapientiæ, bonitatis ſuæ hac in parte explicandam tot plantarum ſpecies condiderit; cúmque in mundo hoc ſublunari & viſibili præter hominem non aliud animal ſit intelligentiæ & rationis particeps, quod eas recognoſcere & contemplari valeat, huic ſanè incumbere videtur, ſingulas ſpecies diligenter exquirere, nequa pars Naturæ operum negligatur, aut Creatoris laude vacet.*

Supereſt jam Lectorem moneam, me pro diſtinctis Plantarum ſpeciebus non habere quæ 1. *Floris duntaxat colore differunt. Eſt equidem fateor in pleriſque ſpeciebus ſuus cuique flori color proprius & naturalis;*

lis; qui vel casu aliquo & ex accidenti nonnunquam variat, vel cultu & mangonio immutatur. Casu, *in spontaneis, cujusmodi sunt* Digitalis, Cichoreum, Prunella, Malva, Anonis, *aliæque plurimæ, quarum color quamvis plerunque purpureus est aut cæruleus, nonnunquam tamen albus aut incarnatus (ut vocant) observatur. Hanc autem mutationem vel conditioni soli, vel naturæ seminis, vel aeris temperamento attribuendam censeo; de quibus prolixius disserere non permittit Præfationis angustia.* Cultu *& mangonio, in hortensibus, in quibus floris color alteratur vel satione, in solo pinguiori aut alieno, vel translatione iterata de loco in locum, vel irrigatione aquâ colore aliquo imbutâ. Priorem modum mihi olim persuasi unicum esse quo possint obtineri flores vel colore, vel foliorum multiplicitate, vel aliis accidentibus diversi: Verùm* P. Laurembergius, *Autor in iis quæ sibi comperta tradit fide dignissimus, de translationis & irrigationis efficacia ad hos effectus producendos mihi satisfecit.* Ego (*inquit ille*) in Caryophyllis

ſæpius expertus ſum, quos ſimplices Vere primùm, deinde Autumno, iterum Vere ſequenti tranſpoſui (neque interim florere paſſus ſum) inveníque æſtate omnium flores multiplices, qui erant antea ſimplices. *Horticult. cap. 28. ſect. 3. Deinde ad mutationem coloris in florem inducendam variis in locis hæc repetit.* Terrâ pinguiſſimâ in ſole exſiccatâ aut cribratâ reple vas aliquod. Ei implanta germen florum candidorum (nam hi ſoli tingi poſſunt.) Ad irrigandum non utere aliâ aquâ quàm rubefactâ, ſi flores rubeos deſideras, viridi ſi virides, &c. Tali aqua bis de die plantam irriga manè & veſperi, noctu transfer in ædes, nè nocturnum aut matutinum bibat rorem per 3. ſeptimanas. Produci flores experieris tinctos non prorſus eo colore quem effudiſti, ſed partim eo, partim naturali. 2. *Nec magis ſpecificè differre cenſeo quæ floris duntaxat multiplicitate aut plenitudine diſcrepant. Hoc enim ſeu in incultis accidat, ſive in hortenſibus procuretur, iiſdem de cauſis dependet, iiſque quos diximus modis obtinetur.* Tandem,

Tandem, ut ſummatim dicam, Nec flos geminatus altero alteri innato, qualis in Primula *&* Paralyſi *cernitur, nec flos in radiatis nudus, qualis obſervatur in* Chamæmelo, Cotula, Matricaria *& aliis; nec prolifer, qualem* Bellis, Calendula *aliæque Corymbiferæ non rarò obtinent; nec fatuus, nec petalis fiſtuloſis, nec alio quocunque hujuſmodi accidente à naturali & communi figura, ſitu, colore, texturâ abludens ſpeciei diverſitatem arguit; Cùm omnes hæ varietates, unà cum ſuperiùs memoratis, ex eodem ſemine naſcantur, cùm earum aliquæ arte (ut diximus) induci poſſint; cùm nulla ſemine propagetur, ſed ſtolonibus, ramulis aut radicum fœturâ tantùm. Cum denique eodem in loco ſine cultura diutiùs relictæ aut neglectæ paulatim degenerent, colorum elegantias amittant, foliorum comam exuant, & ad ſylveſtrium ingenium redeant.*

Nec floribus tantùm, ſed & cauli, & foliis, & fructibus plurima accidunt quæ plantas quibus inſunt naturâ & ſpecie differre, meâ ſententiâ non convin-

cunt. Cauli, v. g. accidit interdum ut latus & planus ſit; Foliis ut variegata, quemadmodum in Agrifolio, Alaterno, Buxo, Dulcamara, Artemiſia, Hyſſopo, Meliloto, Mentaſtro, Origano, Salvia, Tanaceto, *&c. vidimus: aut ad margines criſpa, ut in* Cardiaca, Endivia, Lactuca, Mentha, Petroſelino, Phyllitide: *aut digitata, ut in eadem* Phyllitide. *Fructuum innumeræ ferè ſunt differentiæ, præſertim in* Malis & Pyris, *reſpectu magnitudinis, colorum, ſaporum, & aliquatenus etiam figuræ, quæ ſatione & inſitione infinitum adhuc variari poſſunt.*

Jam quoniam omiſſæ ſunt in hoc Catalogo plurimæ ſtirpes pro indigenis Angliæ ab aliis proditæ, cujuſmodi ſunt Abſinthium album *Lob.* Alcea Ægyptia Moſchata, Ammi vulgare, Anagyris fœtida, Anchuſa, Alcibiadion, Anch. lutea, Angelica ſativa, Ariſtolochia longa, Armeriæ neſcio quot ſpecies, Blitum majus album, Bupleurum anguſtifolium & latifolium, Calamintha montana præſtantior, Viola Mariana,

Cardamine

Cardamine trifolia, Caryophylli aliquot ſpecies, Caucalis Peucedani folio, Chamænerion anguſtifolium, Cymbalaria, Doronicum Romanum, Meliſſa Moldavica, Cyclamen, Pæonia mas & fœmina, Nardus Celtica, & Nardus Celtica altera, Solidago Saracenica, Viola Lunaris, Blattariæ tres aut quatuor varietates, Soldanella Alpina, aliæque multæ; *oportet ut in eo Lectori ſatisfaciam, & oſtendam non ſine ratione à me præteritas fuiſſe. Cùm ergo,* 1. *Earum nonnullæ calidioris cœli alumnæ hyemes noſtras ægrè tolerent etiam in hortis diligenter cultæ & contectæ:* 2. *Aliquæ hortorum rejectamentis aut reliquiis originem ſuam debeant:* 3. *Aliæ in locis ubi naſci dicuntur à me fruſtra quæſitæ fuerint; meritò omnes rejeciſſe videor, nè ſtudioſi iis indagandis ſupervacui laboris tædio æternùm vexentur, aut inſtinctu noſtro rei pretioſiſſimæ temporis jacturam faciant.*

Quamvis autem ſummam plantis indagandis diligentiam adhibuerim, non auſim promittere Catalogum abſolutum ſpecierum omnium in Anglia *ſponte provenientium.*

Non

Non enim ego omnes hujus Inſulæ angulos rimatus ſum; non omnes campos, planities, ſylvas obivi, montes, clivos, rupes perreptavi. Quod tamen ad eum perficiendum omninò neceſſarium foret, cùm plurimæ apud nos plantæ topicæ habeantur, hoc eſt unius alicujus loci propriæ, nec extra eum temerè inveniendæ. Topicas reſpectu Angliæ intelligo, nam abſolutè & totius univerſi reſpectu nullas dari topicas vix facilè conceſſerim, ſiquidem quæ apud nos quantum ego obſervaverim topicæ ſunt, ut v. g. Peplis maritima, Eryngium campeſtre, Polemonium petræum Geſneri, *in exteris regionibus frequentiſſimæ occurrunt.*

Cæterum nemo miretur me tantillo operi tantum temporis impendere potuiſſe; Οὐ γὰρ ἐσμὲν τῶν ἐμέντων, ἀλλὰ πᾶσι ἀκριβέντων. *Mihi ſcilicet propoſitum fuit perplexa expedire, obſcura illuſtrare, omiſſa ſupplere, omnem denique Lectoris animo ſcrupulum eximere. An ſcopum aſſecutus ſum, aliorum eſto judicium, nè quid de meipſo arrogantius dicam. Cùm autem difficile admodum ſit (ut ſcitè Galenus)* Ἄνθρω-

πον

πον ὄντα μὴ διαμαρτάνειν ἐν πολλοῖς, τὰ μὲ ὅλως ἀγνοήσαντα, τὰ δὲ κακῶς κρίναντα, τὰ δὲ ἀμελέτερον γράψαντα, humanæ ſortis memor, meæque tenuitatis conſcius, minimè dubito, quin & opuſculum hoc ſua habeat Σφάλματα, ſuóſque nævos & errores, pauciores tamen eos ſpero minoriſque momenti. Quod ſi præter ſpem noſtram plures gravioréſque deprehendi contigerit, ego utcunque venia non indignus fuero, cùm quod potui præſtiterim, certúmque ſit non induſtriam nobis, ſed vel fortunam vel ingenium defuiſſe.

Explicatio

Explicatio Nominum Abbreviatorum.

A. D. & *Ad. Lob.* Adversaria Penæ & Lobelii.
C. B. Caspari Bauhini Pinax.
C. B. Prod. Caspari Bauhini Prodromus.
Cæs. & *Cæsalp.* Andreas Cæsalpinus.
Cam. Camerarius.
Clus. & *Clus. hist.* Caroli Clusii Historia.
Col. Fabius Columna.
Dod. Remb. Dodonæi Pemptades.
Eyst. Hortus Eystettensis.
Fuch. Fuchsii hist.
Ger. & *Ger. emac.* Gerardi historia emaculata à Tho. Johnson.
Gesn. Gesnerus.
J. B. Joannis Bauhini Historia.
Lob. Lobelii Observationes. *Lob. ico.* ejusdem icones.
Ludg. Historia Lugdunensis.
Matth. Matthiolus in Dioscoridem.
P. B. Phytologia Britannica.
Park. Jo. Parkinsoni Theatrum Botanicum *Park. parad.* Ejusdem Paradisus terrest. seu Hortus.
Tab. Tabernæmontanus.
Thal. Jo. Thalii Sylva Harcinia.
Trag. Hieron. Tragi historia.

C. litera in Margine posita indicat Plantas illas quibus præfigitur Agri Cantabrigiensis alumnas esse.
C. C. Significat Catalogum Cantabrigiensem à nobis editum.

Abies

Volva antequam erumpit Phallus.
III
Fig. I
Phallus integer.
II
Corpus veretri.
Volva bisecta
IIII
a
a

Pentaphylloidis Fruti
=cosi ramulus

A

Bies *Ger. Park.* alba sive fœmina *C. B* fœmina, sive Ἐλάτη Σύλεια *J. B. The Firr Tree.* In Alpibus Scoticis eam copiosè provenire aiunt. Verùm suspicor ego arborem ibi vulgarem eam esse quæ *Picea* Herbariis peritioribus dicitur. Siquidem quæ in hortis & viridariis nostris passim colitur, & vulgò *The Firr Tree* appellatur, Picea est; ut patet ex notis illis Piceæ characteristicis, quòd sc. coni graciles & longi deorsum dependeant, quódque folia rigida & pungentia incerto ordine ramulos cingant.

N. 1. Provenit tantùm semine, radix nullam penitùs sobolem profert: decisо cacumine inarescit radicitùs eodem anno. *Theophr.* Nos verò, quamvis hæc variis in locis iteret & inculcet Theophrastus, experientiâ docti affirmamus, ramulos Abietis decisos & & terræ implantatos, non germinare tantùm, sed & radices agere, & in arbores tandem adolescere: Siquidem ostendit nobis D. *Franciscus Willughby* arbusculas satis lætas & vegetas ex ramulis à seipso ante quadriennium depactis.

2. Hujus resina duplex in usu est. 1. *Liquida*, quæ colligitur è tuberculis Abietum novellarum, sed pauca: Hanc Officinæ Terebinthinam Venetam falsò vocant. 2. *Sicca*, quæ uti Thus figurâ ementitur, ita usum ejus æmulatur.

3. Hujus generis arbores proceræ & speciosæ circiter 33 in colle quodam juxta *Wareton* agri Staffordien-

sis vicum, duobus milliaribus à Neoporto remotum, visendum de se spectaculum præbent.

4. Cerevisiâ diæteticâ dictâ cui infusi sunt ramuli aut summitates hujus, bono cum successu in affectibus Scorbuticis sæpenumero usus sum. D. *Needham.*

Abrotănum campestre *C.B. Ger. Park.* Artemisia tenuifolia sive leptophyllos, aliis Abrotanum sylvestre *J.B. Wild Sothern-wood. At a place called Elden in Suffolk, 12 miles beyond Newmarket, in the way towards Lynne, on the balks of the Corn-fields, and by the way-sides abundantly, for a mile in length and breadth: also a mile from Barton-mills, where a small stone standeth in the road to Lynne, to direct passengers, and in the furze-bushes under the hill plentifully. Observed by* Tho. Willisell, *upon whose information I made a journey on purpose to see it* [*and some other plants*] *and found it accordingly in the places mentioned.*

℧. Absinthium vulgare *Park. Lob.* vulgare majus *J.B.* latifolium sive Ponticum *Ger.* Ponticum seu Romanum Officinarum seu Dioscoridis *C. B. Common Wormwood.*

N. 1. Cal. 2. Sicc. 3. Ventriculum ac hepar roborat, appetentiam excitat, obstructiones tollit & indè natos affectus, ut Icterum, Hydropem, &c. Febribus putridis etiam diuturnis confert; vitiosos humores per urinam expurgat: pellit præterea interaneorum vermes, tandémque vestes à tineis conservat. *Schrod.* In usu sunt succus ejus expressus, aqua destillata, syrupus, sal fixum, oleum. Verùm his omnibus præstare videtur cerevisia seu vinum absinthites, quod & ventriculum roborat, & appetitum excitat, & obstructiones reserat, & urinam ciet. Aqua destillata languidior est & minorum virium. Sal fixum si à reliquis partibus vi ignis omninò separetur, mihi nec gustu, nec facultatibus differre videtur ab alterius cujuscunque plantæ sale fixo. Siquidem omnia hujusmodi salia naturâ

naturâ & qualitatibus convenire existimo, ut id semel moneam.

2. Creditur inhibere concitationem ad Venerem, quo nomine apud honestas fœminas vini aut zythi eo parati usus damnatur. *Cornar.* apud *J.B.*

3. Ex longo esu comarum Absinthii Pontici *Matth.* [quod ab hoc diversum est] ex quæ, &c. adservatæ fuerant, hydropicos quosdam quasi deploratos sanitati restitutos se novisse scribit Matthiolus.

4. Salis Absinthii scrupulus unus, dimidium drachmæ, aut eo amplius, pro ægri viribus aut ætate, in succi limonum cochleari uno exhibitum ad vomitum compescendum, vix unquam frustratur medicum: est a. in frequenti usu celeberrimis hujus urbis Londinensis medicis. Nec dubito quin centurias aliquot hominum, ne dicam myriadas, ex ipsis Orci faucibus eripuerit, cùm alia medicamenta nequicquam profecissent. *D. Hulse. v. River. Observ.* ubi hoc remedium proponit & commendat. D. Sydenham in iliaca passione ejus efficaciam agnoscit & deprædicat. *Tract. de febribus.*

5. Absinthium viride cum adipe suillo contusum Anginæ & tonsillarum tumoribus exteriùs applicatum auxiliatur, ut ipse sæpiùs vidi. D. *Hulse.*

6. Hujus manipulus in aquæ frigidæ sextariis tribus per 8 horas infusus, manè & vesperi, sed præcipuè à prandio aut cœna potus exiguâ quantitate, quantum sc. patera vinaria capiat, in hysterícis affectibus, obstructionibus lienis, & ventriculi debilitate plurimùm prodest. Siquidem aquæ nulli insunt vapores qui caput tentent, cùm in vino aut cerevisia abundent. D. *Bowle.*

7. Oleum Absinthii interiùs sumptum necat vermes, venenis resistit, oppilationibus hepatis & icteritiæ confert. *Idem.*

Absinthium Seriphium Belgicum *J.B. C.B.* marinum album *Ger.* Seriphium, sive marinum Anglicum *Park. English Sea-wormwood.* In maritimis.

N. Hanc quoque ſpeciem vino & cereviſiæ, vel incoquunt, vel infundunt noſtrates ad uſus ſupradictos.

C. Acanthium vulgare *Park.* album *Ger.* nam flos hujus plantæ interdum albus eſt, licèt plerunque ſit purpureus. Spina alba tomentoſa latifolia ſylveſtris *C. B.* alba ſylveſtris Fuchſio *J.B. The Common Cotton-thiſtle.*

N. Uſus florum hujus ad lactis coagulationem; ideóque à quibuſdam *Præſura* appellatur. *Cæſalp.* Verùm Cinaræ ſylveſtris flores huic uſui frequentiùs adhibentur ab Italis & Narbonenſibus Gallis.

C. Acer majus *Ger. emac.* majus latifolium, Sycomorus falsò dictum *Park.* majus, multis falsò Platanus *J.B.* I. ſive montanum candidum *C.B. The great Maple, commonly, yet falſly, the Sycomore-tree.* Apud nos non provenit ſponte, quod ſciam: adeò tamen frequens eſt in areis, cœmeteriis & circa nobilium ædes, ut meritò inter adoptivas locum inveniat.

N. Veris initio cùm germina novella turgeſcunt, antequam explicentur in folia, arbor hæc in trunco, ramis aut radicibus vulnerata, dulcem & potulentum ſuccum copioſè effundit, non ſecùs ac Betula. Quin & autumno quoque poſt delapſa ſtatim folia & per totam etiam hyemem; prout menſe Septembri proximè elapſo & hoc ipſo Decembri ſe expertum nobis retulit D. *Martinus Liſter* in hoc opuſculo ſæpiùs memorandus, Vir in hujuſmodi raris & inobſervatis, minúſque obviis naturæ phænomenis & effectis indagandis ſagax, & inveniendis fœlix. Namque poſt foliorum defluxum gemmæ illico turgeſcere incipiunt. Advertendum tamen eſt, hoc ei non accidere quacunque cœli conſtitutione aut aeris temperie, ſed gelidâ tantùm & leviter pruinoſâ. Siquidem experti ſumus ſuperiore anno tum huic arbori tum Aceri minori & Juglandi inciſis aut terebratis, poſt nocturnum gelu

gelu ſplendente ſole (modò frigus non nimium vehemens eſſet) ſuccum uberrimè emanare; non internoctu quidem aut ſummo mane, ſed duabus tribúſve à Solis exortu horis, & circa meridiem maximè: Deinde poſt gelu vehementius & diuturnius, cùm frigus incipit ſe remittere, maximâ omnium quantitate fluere, etiam è vulneribus pridem factis, iiſque arboribus quæ vix unquam aliàs vulneranti reſpondent. Quod adeò verum eſt, ut ſi gelu fortè inciderit adulto vere, cùm jam ſuccus extillare deſiit, modò folia non planè explicentur, denuo fluxum repetit, & matutinis horis emanat: matutinis horis, inquam, nam eâ tempeſtate ante meridiem iterum ceſſat. Calore invaleſcente, ſuccus craſſeſcit nonnihil, & ad fluxum ineptus redditur, ſapore dulci, nauſeoſo & adſtringente.

C. Acer minus *Ger. emac.* minus & vulgare *Park.* vulgare minori folio *J. B.* IV. ſive campeſtre & minus *C. B. The common Maple.* In ſepibus. Huic quoq; inciſione factâ lachryma ubertim extillat.

C. Acetoſa vulgaris *Park.* I. ſive pratenſis *C. B.* Oxalis vulgaris folio longo *J. B.* Ox. ſeu Acetoſa *Ger. Common Sorrel.* In pratis & paſcuis.

N. 1. Frig. & Sicc. 2. Appetitum excitat, choleram reprimit, ſitim ſedat: unde in febribus ſimplicibus ac peſtilentibus uſitatiſſima eſt, atque etiam utiliſſima, ſeu ſuccum expreſſum juſculis & ſorbitionibus immiſcere, ſeu folia iiſdem incoquere malueris. Æſtivis menſibus idoneum multorum ciborum condimentum eſt.

2. Singulare eſt quod aliqui practici pro horribili ſecreto habent; quòd Acetoſæ radix ſiccata & decocta rubello eleganti colore aquas tingat: cujus tamen Rulandus jampridem meminit. *Simon Paullus.*

C. Acetoſa arvenſis lanceolata *C. B.* minor lanceolata *Park.* Oxalis tenuifolia *Ger.* parva auriculata repens

J.B. Sheeps Sorrel. In arenosis & siccioribus. Oxalida minorem *Ger.* ad hoc caput refero; nec enim specificè, sed accidentaliter tantùm ratione loci ab hac differre existimo. Iisdem cum præcedente viribus pollet.

Acetōsa rotundifolia hortensis *C. B.* Oxalis Franca seu Romana *Ger.* sativa Franca, sive Romana Rotundifolia *Park.* folio rotundiore repens *J.B. Roman or French Sorrel. I found it in some dry water-courses among the Mountains in Cumberland.* Viribus cum reliquis suæ sortis convenit.

Acetosella, *v.* Trifolium acetosum.

Achillēa, *v.* Millefolium.

Acīnos, *v.* Clinopodium.

C. Acīnos multis *J. B.* Ocymum sylvestre *Ger.* Clinopodium minus sive vulgare *Park.* arvense Ocymi facie *C.B. wild Basil.* In montosis cretaceis. *This I take to be that which grows on the borders of Gogmagog hills and New-market-heath.*

† Acīnos Anglica Clusii *Park.* Ac. 4. mulierculis Botanopolis Londinensibus *Polium Montanum* falsò dicta *Ger. emac.* Clinopodium ocymi facie alterum *C. B. Small English Stone-basil.* Asserit Parkinsonus utramque hanc speciem apud nos sponte provenire, quem consule. Ego (ut verum fatear) non intervenire specificam inter has plantas differentiam suspicor, quum nullam hactenus observare potuerim.

Aconītum racemosum, *v.* Christophoriana.

Acōrus verus sive Calamus Officinarum *Park.* verus, sive Calamus aromaticus Officinarum *C.B.* verus, Officinis falsò Calamus *Ger.* Calamus aromaticus vulgaris, multis Acorum *J.B. The sweet-smelling Flag or Calamus.* In fluvio *Yare* propè Nordvicum à Cl. viro D. *Tho. Brown* M.D. primùm observatus, nobisque ante decem annos ostensus fuit. Habetur & alibi in Anglia sponte, nimirum circa *Hedly* in Surreia. Mr. *Brown*: quin & D. *Needham* in agro Cestriensi eum copiosè provenire ait,

N. 1. Calfacit & ſicc. in principio 3. Partium tenuium eſt. Uſus præcip. in obſtructione menſium, lienis ac hepatis, in dolore colico, in ruptis & contuſis. Ad urinæ deductionem commendat Fallopius in vino tenui decoctam radicem cum ſucco Boraginis. *Schrod.*

2. Radices hujus conditæ guſtui ſunt jucundæ & ventriculo gratæ, eáſque Turcæ manè jejuni adversùs corrupti aeris contagia manducare ſolent. Quin & radices Acori Antidotis utiliter admiſceri ſcribit Dioſcorides. Tartaros quoque eas circumferre ſolitos, & aquam non bibere quin priùs Acori radix in ea fuerit macerata Cluſio referebat Bernardus Paludanus.

3. Radices ſiccatæ gratiorem ſpirant odorem. Nam (ut rectè Plinius) recentium virus majus.

Acŏrus paluſtris, *v.* Iris lutea paluſtris.

† Adianthum ἀκρόστιχον ſeu furcatum *Thal.* Filix ſaxatilis Tragi *J.B. Park.* ſaxat. V. ſive corniculata *C.B. Horned Maiden-hair. On the Rocks in Edinburgh Park.* T. Williſell.

C. Adianthum album *Tab.* Ruta muraria *C.B. J. B. Ger.* muraria, ſive Salvia vitæ *Park. Wall-rue, Tentwort.* In muris lapideis & pontibus. *In Cambridge-ſhire on the Walls of Cherry-hinton Church.*

N. Adiantho cæteríſque capillaribus temperamento & facultatibus non multùm abſimilis eſt; Nam tartaream & viſcoſam mucilaginem in Pulmonibus contentam diſcutit: ideóque prodeſt tuſſientibus, difficiliùs reſpirantibus, latere dolentibus: Valet & ad renum & veſicæ dolores, urinam clementer cit, calculóſque & arenulas expellit. Peculiariter a. præſtare hanc compertum eſſe ſcribit Matthiolus ad puerorum enterocelas 40 diebus continuis pulvere exhibito.

C. Adianthum aureum majus *Ger.* Polytrichum aureum majus *Park. C.B.* Pol. Apuleii majus quibuſdam *J. B.*

Great golden Maiden-hair or Goldilocks. In boggy places frequently, in most Countries of England. In Cambridgshire we once found it on Hinton-moor.

De viribus hujus nihil certi traditur. Parkinsonus iisdem cum Adiantho albo pollere scribit, & certè ad pulmonis vitia à nostratibus adhibetur, quo successu nescio. J. Bauhinus scopas vestium Belgicas ex eo parari sibi persuadet. Vestium scopæ fiunt è radicibus Graminis ischæmi hirsuti, an & ex hujus quoque caulibus me latet.

C. Adianthum aureum minus *Tab.* Polytrichum aureum minus *C. B. Park.* Apuleii minus quorundam *J. B.* Muscus capillaris sive Adianthum aureum minus *Ger. Little Goldilocks or golden Maiden-hair.* In muris & aggeribus. Hujus duas aut tres varietates observavimus.

Adianthum aureum humilius foliis latis subrotundis. An Muscus Trichomanis facie Jungermanni, foliis utrinq; rotundis splendentibus? *Catal. Altdorf? Dwarf broad-leaved Goldilocks or golden Maiden hair.* Surculi hujus unciales aut sesquunciales, densè stipati, exiles admodum, rubentes aut ex rubro nigricantes, foliis ornati statim à radice alternatim positis, latis, subrotundis, tenuibus & ferè membranaceis. An Flores & capitula proferat, nobis hactenus incompertum. *In the Spring-head on Shoat-bank on that side the Mountain that looks down upon Skipton. Mr.* Lister. *We have also found it in other such like places.*

Ægilops bromoides, *v.* Gramen festucæ.

C. Agrifolium *Ger.* Agrifolium sive Aquifolium *Park.* Aquifolium sive Agrifolium vulgò *J. B.* Ilex V. sive aculeata baccifera folio sinuato *C. B. The Holly-tree.* In sepibus. Rarior est in agro Cantabrigiensi.

N. 1. Qui Agrifolium folio leni diversum statuunt à vulgari, næ illi multùm hallucinantur: nam vetulæ tantùm arbori accidit ut talis fiat. Sæpe etiam in spino-

ſpinoſiſſima Aquifolia occurrunt ejuſmodi folia non ſpinoſa, ut cuilibet obſervare licet.

2. Baccæ ad colicos dolores utiles ſunt: craſſos ſiquidem pituitoſóſque humores per alvum educunt 10 aut 12 numero aſſumptæ, ut ab his ſe accepiſſe ait Dodonæus, qui earum experimentum quandoque fecerant.

3. Arbor hæc operibus topiariis in Septentrionalibus præſertim regionibus præ aliis opportuna eſt, cùm ſit frigoris patientiſſima & perenni nitentium foliorum virore aſpectui grata, nec tonſuram reſpuat: interim tamen, cùm tardiſſimè creſcat, neque importuna ramorum luxurie, neque radicum reptatu horulano moleſta aut odioſa eſt.

4. Ad viſcum parandum. Delibratis Junio aut Julio menſibus hoc genus arboribus quotquot opus fuerit; cortices detracti per 7 aut 8 horas continuas in aqua coquantur donec tenerrimi evadant. Coctos in acervum cum Filice SSS componas, & per 2 aut 3 ſeptimanas fermentari ſinas. Exemptos deinde in mortario tandiu tundas donec fingi formarique poſſint inſtar maſſæ farinaceæ. Tandem in aqua fluente ſubmerſos manibus verſes & diligenter ſubigas. Aqua brevi ſordes omnes & recrementa ſecum auferet, reliquo viſco puro & defæcato.

5. Zythogalum factum ex cereviſia & lacte in quo decocti ſunt hujus foliorum aculei, mirè conducit ad dolorem colicum & tormina inteſtinorum, ut in ſemetipſa aliiſque nuperrimè experta eſt matrona quædam poſt alia medicamenta fruſtra tentata. Idem procul dubio efficiet foliorum decoctum.

† Agrifolium baccis luteis nondum deſcriptum *P. B. Holly with yellow berries. By Warder Caſtle in Wiltſhire belonging to the Lord Arundel.*

Hoc accidentaliter potiùs quàm ſpecificè à ſuperiore differre exiſtimo. Habetur & apud nos Agrifolium folio variegato, quod ego potiùs pro naturæ luſu quàm

quàm ſpecie diverſa habendum cenſeo. Et ut id ſemel dicam, idem & aliis quamplurimis plantis accidere animadverti, quas tamen non idcirco ſpecificè differre ſtatuo, ſed accidentaliter tantùm; cùm hujuſmodi mutatio etiam arte induci poſſit, nimirum vel calce radici ſuppoſita, vel pari mixturâ calcis cum terra ruderoſa, ut docet D. Morriſon; éſtque hæc variegatio nihil aliud quàm morbus quidam ſuperveniens foliis, qui pangendo in perennibus durat, ſatione evaneſcit. Nec magis ſpecificè differre cenſendæ ſunt quæ ſolo floris colore aut plenitudine diſcrepant: ſiquidem ex ſemine plantæ cujus flos ſimplex & cæruleus v. g. aut purpureus, ſi pinguiori ſolo feratur, enaſcentur inter alias nonnullæ flore multiplici & albo aut incarnato varióve à matre diverſæ.

N. Agrifolii ſummitates teneræ deſtillatæ inſigne præbent diureticum. D. *Needham.*

C. Agrimonia *Ger.* vulgaris *Park.* Agr. ſive Eupatorium *J.B.* Eupatorium veterum ſive Agrimonia *C.B. Common Agrimony.* In paſcuis. Æſtate floret.

N.1. Hepatica nobiliſſima imprimis eſt (unde & Hepatorium dicitur) vulnereáq; ideóque uſu creberrimo venit in morbis ab hepatis imbecillitate ortis, uti ſunt hydrops, cachexia, icterus. Extrinſecùs adhibetur ſæpiſſimè in balneis & lotionibus. In uſu ſunt herba ipſa ejúſque aqua deſtillata, ſuccus & ſyrupus.

2. Pulvis Agrimoniæ ſiccatus & in vehiculo idoneo quocunque exhibitus à *Riverio prax. & Obſerv.* plurimùm commendatur in mictu involuntario, nec ſine ratione. D. *Hulſe.*

C. Alcĕa vulgaris *J.B.* I. ſeu vulgaris major *C.B.* vulgaris ſive Malva verbenacea *Park.* Malva verbenacea *Ger. Vervain-Mallow.* Ad agrorum margines, inque vepretis & ſepibus frequens.

N. Ex

N. Ex emplaſticorum & emollientium medicamentorum numero eſt, útque facie externa ſic etiam viribus cum malva convenit. Celebratur ab empiricis ad caliginem oculorum. Aqua decocta torminibus inteſtinorum remedio eſt. Breviter Alcea, Malva & Ibiſcus omnibus totius corporis calidis doloribus apprimè conducunt. *J.B.*

C. Alchimilla *Ger.* vulgaris *C. B.* major vulgaris *Park.* Pes leonis ſive Alchimilla *J. B.* Germanis chirurgis Sanicula major, quòd ſit ei tum facie tum viribus admodum affinis. *Ladies mantle.* In paſcuis & pratis montoſis, præſertim in Septentrionalibus Angliæ regionibus, ubi à vulgo *Bears-foot* appellatur.

N. 1. Vulneraria eſt è nobiliſſimis. Calfacit, ſicc. aſtring. Sanguinem ſiſtit, menſéſque & alba mulierum profluvia. Folia & ſummitates atque etiam radix vulnerariis potionibus, pulveribus, emplaſtris atque unguentis adjiciuntur. *Schrod.*

2. Mulierum mammas impensè laxas linteum ejus decocto intinctum & impoſitum duras ſolidaſque efficit. *J.B.* è Fuchſio. Præcipua eſt in hac planta vis adſtrictoria, cujus virtute agit quicquid agit.

Alchimilla Alpina quinquefolia *C.B.* minor quinquefolia *Park.* Pentaphyllum ſive potius Heptaphyllum argenteum flore muſcoſo *J.B. Cinque-foil-Ladies mantle. We found it this year* [1671] *on a mountain in Weſtmerland, beſide a great pool or lake called Hulls-water, about* 3 *miles from Pereth in Cumberland, juſt over againſt Wethermellock.*

Alectorolophos, v. Pedicularis.

Alga marina platyceros poroſa *J. B.* Porus corallo affinis VII. ſive Porus cervinus Imperati *C. B. Broad-leaved horned wrack.* Telæ lineæ ſeu ſericeæ texturâ ſuâ perſimilis eſt hæc planta, unde nobis aliquando *Silken wrack* dicta eſt. Siccam ſæpiùs in littora maris rejectam collegi, virentem nondum videre contigit.

Alga

Alga trichodes fontalis *C.B.* Alga ſive Conferva fontalis trichodes *Park.* Trichomanes aquaticum Dalechampii *J.B. Water Maiden-hair. In the ciſtern or conduit-houſe at Leeds Abby in Kent, belonging to Sir William Meredith, and doubtleſs in other the like places.*

Alga, *v.* Fucus.

C. Alliaria. *Ger. Park. J.B. C.B. Jack by the hedge, Sawce alone.* In aggeribus foſſarum.

N. Uſus ejus ad embammata ſive intinctus. Recens urinam cit, ſicca veneno adverſatur. Singularem vim habet quâ putredini reſiſtit, unde ſuccus ejus inſpiſſatus ad gangrænam aliáque ulcera putrida, ſordida atq; maligna unguentis cataplaſmatibúſque inditur. Folia enematis incoquunt ad nephriticos dolores & calculum. Contra veterem tuſſim ex reſina & melle ſicca lingitur.

Allium montanum bicorne, an Ampelopraſſum? *Mountain Garlick, or perhaps Vine-leek.* Folia huic neque fiſtuloſa ſunt, neque rotunda, ſed ſupernè plana, ſubtus carinata, anguſta, glauca, tria aut quatuor in caule. Capitulum duplici folliculo membranaceo in acutum mucronem deſinente clauditur. *This I obſerved on the Scars of the Mountains above Settle in York-ſhire.* Huic ſimile ſi non idem in pratis & aggeribus propè Ceſtriam copioſum vidi ſuperiore anno, cujus bulbus ſimplex cortice nigro tegitur, mitem & vix perceptibilem Allii odorem ſpirans.

C. Allium ſylveſtre latifolium *C.B.* urſinum *Ger. Park.* urſinum bifolium vernum ſylvaticum *J. B. Ramſons.* In pratis & ad rivulos.

C. Allium ſylveſtre *Park. Ger. emac.* campeſtre juncifolium capitatum purpuraſcens majus *C. B. Crow Garlick.* In paſcuis ſiccioribus, nonnunquam in aggeribus & muris.

N. 1. Allium [de ſativo loquor] calf. & ficc. in 4. ſecundùm Galenum. Alexipharmacum eſt. Uſus præcip. internus & externus in colicâ flatulentâ, lumbricis,

bricis, peſte [cum aceto] tuſſi, calculo. *Schrod.* Et ad prædictos affectus a vulgo ſæpiſſimè vel in lacte, vel in juſculo decoctum exhibetur, undè & Theriaca ruſticorum appellatur. Verùm uſus ejus frequentior moleſtus eſt & noxius, partim ob fœtorem intolerabilem, præcipuè verò quia dolorem capitis infert, ſitim excitat, oculis nocet, ſenſuúmque omnium inſtrumentis.

2. Refert hiſtoriam Zacutus Luſitanus de quodam ſene qui cùm in tempore hyberno per nivoſa loca diu iter feciſſet, innato ventriculi calore penè extincto lethaliter decubuit. Pro quo inſtaurando & vivificando cùm calidiſſima remedia nequicquam proficerent; tandem Zacutus admonitus ab Avicenna Allium ſiccum melle delibutum exhibuit. Hoc cùm quatriduo uſurpâſſet, melius habere cœpit; & cùm ejus uſum menſem unum continuâſſet, ſanitati reſtitutus eſt. Atque id ipſum Septentrionales populos experientia docet, qui propterea allium in continuo uſu habent. *Sennert. inſtit. lib. 4. part. 1. cap. 3.*

3. Allium cum adipe ſuillo contuſum, ſi plantæ pedum eo inungantur, multum conducit ad pulmonum canales aperiendos & ab infarctu liberandos in Aſthmate, &c. D. *Hulſe.*

4. Si emplaſtra ex Allio contuſa pedum plantis applicentur, oris halitus Allium ſpirabit. Verùm iſtiuſmodi odorem vapores totius corporis habitum penetrantes non producunt; ſed corpuſcula quædam ex Allio decedentia ſanguini miſcentur, cúmque eo ſimul ad pulmones delata, unà cum fuliginoſis ſanguinis effluviis per expirationem emittuntur. D. *Lower* contra *Edm. de Meara.*

C. Alnus *Ger.* vulgaris *Park. J. B.* rotundifolia glutinoſa viridis *C. B. Common Alder.* Ad aquas.

N. 1. Folia viridia impoſita tumores diſcutiunt & inflammationes reſtinguunt: viatorum calceis impoſita dolorem & laſſitudinem tollunt, *Trag.*

2. E cortice Alni cum ferro detrito & rubiginoso per aliquot dies aquâ macerato color efficitur niger, atramenti similis, quo nonnulli ad tingendum utuntur.

3. Certum est & indubitatum palos ex Alno sub aquis infixos progressu temporis lapidescere *J. B.* Verùm hoc neque Alno proprium, neque materiei ejus naturæ tribuendum censemus, sed potiùs conditioni soli aut liquori cuidam lapidescenti qui in ejus poros se insinuat. Nam nec ipsam ligni substantiam in lapidem mutatam esse certum est, nec Alno semper & in quocunque solo accidit ut lapidescat, & alia præterea ligni genera in lapideam substantiam indurata vidimus, Castaneam v. g. Aspleiæ non procul ab *Woburn* in comit. Bedfordiæ.

4. Experimentum Kentmanni de Alno in lapidem induranda nobis non successit, *v. C.C.* in Alnus.

Alnus nigra baccifera *J.B.C.B.* nigra sive Frangula *Ger.* Frangula sive Alnus nigra baccifera *Park.* *The black Alder.* In sylvis, sed rariùs.

N. 1. Cortex interior (potissimùm radicis) purgat humores noxios omnes, maximè serum, unde & hydropicis prodest. Debet autem in umbra siccari, quoniam viridis vomitiones movet. Decoctum quoq; quod hinc paratur, quiescat oportet 2 aut 3 dies antequam propinetur ob eandem rationem.

2. Tritus cum aceto, & scabiei illitus intra paucos dies illam sanat & exsiccat. Estque hoc experimentum singulare, inquit *J.B.*

† Alopecuros maxima Anglica *Park.* altera maxima Anglica paludosa *Ger. emac.* altera maxima Anglica paludosa, sive Gramen Alopecuroides maximum *J. B. Lob. Ad. part. alt.* In riguis herbidis comitatûs Southamptoniæ proximè salinas & antiquas ædes *Drayton* vocatas, cis mare duobus mill. Anglicis à *Portsmouth* ex adverso Vectis insulæ plurima: itémque in udis fossis lacustribus Essexiensis comitatûs juxta Thamesis amœ-

amœniſſima fluenta. *Idem ibid. Great Engliſh Marſh-Foxtail Graſs.*

C. Alſine aquatica major *C. B.* aquatica ſive paluſtris major *Park.* paluſtris *Ger.* major repens perennis *J. B. Great Marſh Chickweed.* In paluſtribus & ad fluviorum ripas.

Alſine cruciata marina *v.* Anthyllis maritima lentiſolia.

C. Alſine foliis Triſſaginis *Ger. Park.* III. ſive chamædryfolia floſculis pediculis oblongis inſidentibus *C. B.* Alſine ſerrato folio glabro *J. B. Germander-chickweed.* In hortis & areis lociſque cultis, tota æſtate floret.

C. Alſine foliis Veronicæ *Ger.* foliis ſubrotundis Veronicæ *Park.* II. ſive Veronicæ foliis, floſculis cauliculis adhærentibus *C. B.* ſerrato folio hirſutiore, floribus & loculis cauliculis adhærentibus *J. B. Speed-well Chickweed.* Ad margines agrorum ſæpiores, non raro & in muris antiquis & locis ruderatis.

Alſine foliis hederaceis Rutæ modo diviſis *Lob.* recta triphyllos, ſive laciniata *Park.* IV. ſive triphyllos cærulea *C. B.* folio profundè ſecto, flore purpureo ſeu violaceo *J. B. Baſtard Chickweed with leaves divided like Rue-whitlow-graſs. At Rowton in Norfolk betwixt the town and the high-way, 12 miles before you come to Norwich: and at Mewell in Suffolk between the two Wind-mills and the Warren-lodge, in a wheat ground, on the right hand of Lynne-road: and in Gravel-pits two miles beyond Barton-mills, on the ridg of the hill, where a ſmall cart-way croſſeth the road to Lynne, and in the graſs thereabout plentifully.* Th. Williſell.

C. Alſine hederacea *Ger.* I. ſive hederulæ folio *C. B.* hederulæ folio minor *Park.* Alſines genus Fuchſio, folio hederulæ hirſuto *J. B.* Morſus gallinæ folio hederulæ *Lob. Ivy-chickweed or ſmall Henbit.* In arvis inter ſata primo vere floret. Plena & exacta hujus plantæ de-

descriptio habetur apud *J. B.* tom. 3. part. 2. pag. 369.

Alsine hederula altera *Ger. v.* Lamium folio caulem ambiente.

C. Alsine hirsuta myosotis *Ad.* arvensis hirsuta magno flore *C. B.* Auricula muris quorundam flore parvo, vasculo tenui longo *J. B. Mouse-ear-Chickweed.* In arvis restib.

C. Alsine hirsuta altera viscosa *C. B.* spuria IV. *Dod. The broader-leaved Mouse-ear-Chickweed.* Hæc omnino specie distincta est à præcedente. Florem habet minorem, evanidum: folia breviora, latiora, pallidiora; caules erectiores. Quinetiam tota planta, in ficcioribus præsertim nonnihil viscosa est. Floret circa finem Aprilis & initio Maii, & postea brevi marcescit.

C. Alsine longifolia uliginosis proveniens locis *J. B. Long-leaved Water-chickweed. On boggy grounds, and by rivulets and ditch sides that carry water all the year.* Folia hujus longa sunt, pallidè viridia, Gratiolæ paria sed minora, caules infirmi procumbentes, flosculi exigui petalis quinis bifidis ad unguem usque.

C. Alsine minor, sive media *Ger.* XI. sive media *C. B.* vulgaris, sive Morsus gallinæ *J. B. Middle or common Chickweed.* In uliginosis, ad sepes & vias, itémque in hortis inter olera passim. Hæc planta, ratione loci aliorúmque accidentium, magnitudine insigniter variat; unde Botanici in plures eam species diremerunt.

C. Alsine minor multicaulis *C. B.* minima *Ad. Lob. Dod. Ger. J. B. Fine Chickweed.* In iisdem locis cum præcedente. Hæc species à Lobelio in Adversaria rectè describitur. Flos ejus 5 foliolis indivisis constat, unde à reliquis hujus generis nullo negotio distinguitur.

Alsine palustris foliis tenuissimis, *v.* Saxifraga palustris Anglica.

C. Alsine

C. Alsine paluſtris, Portulacæ aquaticæ ſimilis. Alsine aquaticæ ſurrectiori *J.B.* ſimilis, ſi non eadem. An Alsine paluſtris minor ſerpyllifolia *Ger. Park? Small water-Chickweed, by ſome called Blinks. Doctor Johnſon affirms this* Alsine pal.min.ſerpyllifolia, *to be found between Kentiſh-town and Hampſtead, in watry places, where the Plant I mean by this title is to be found; whence I gueſs him to underſtand the ſame by that title.* In paluſtribus & aquoſis, præſertim ſolo arenoſo, non rarò etiam inter ſegetes humidiori ſolo. In agro Cantabrigienſi non alibi quàm in paluſtribus circa *Gamlingay* obſervavimus. Flos hujus parvus, pentapetalos, albus: vaſculum ſeminale tricoccon, 3 grana nigra continens, in 3 carinas per maturitatem dehiſcit. Sui generis planta eſt, & ab Alsine longè diverſa.

Alsine Plantaginis folio *J. B. Plantain leaved Chickweed.* Hujus flos exiguus 5 foliolis indiviſis conſtat. *This is ſuppoſed to be the* Alsine fontana *Ger.* i.e. aquatica media *C.B. Park. J. Bauhine queſtions whether it be not the* Alsine marina *of Dodonæus.* Ad ſepes & in dumetis, uliginoſis præſertim. Floret vere.

Alsine rotundifolia ſive Portulaca aquatica *Ger. emac.* aquat. minor folio oblongo ſive Portulaca aquatica *Park.* paluſtris minor folio oblongo *C.B. Water Purſlane.* In paluſtribus & aquoſis, ubi per hyemem aquæ ſtagnârant. In agro Cantabrigienſi me non vidiſſe memini.

Alsine ſpuria puſilla repens foliis Saxifragæ aureæ. *Small creeping round-leaved Baſtard-Chickweed.* Parvula admodum eſt & tenella: Hederæ terreſtris modo per terram repit. Sunt a caules ejus ſeu propagines hirſutæ. Folia longis pediculis inſident, rotunda, hirſuta, per margines crenata, Morſûs gallinæ, vel Saxifragæ aureæ foliorum æmula, quibus tamen longè minora ſunt. Ex alis foliorum ſingulis ſinguli flores exeunt, brevibus pediculis nixi, ſubrubri aut carnei,

quinque foliolis compositi, aut fortè uno in quinque lacinias diviso, nam in tanta flosculorum parvitate accuratè discernere non potui. Semen in fundo calycis pentaphylli. Ad margines rivulorum in aggeribus udis, unà cum Campanula Cymbalariæ foliis in Cornubia & Devonia frequens. Julio & Augusto mensibus floret.

C. Alsine tenuifolia *J. B. Fine leaved Chickweed. In the Corn-fields on the borders of Triplow-heath, Gogmagog-hills, and other places of Cambridge-shire.* Lino cathartico cùm floret similis est.

N. 1. Alsine refrigerat & humectat moderatè, undè inflammationes & calores restinguit, tum intus sumpta, tum exteriùs applicata, non secus ac Portulaca & Sempervivum minus. Atrophiâ phthisíque laborantibus esca salutaris æstimatur.

2. Aviculæ caveis inclusæ, cum escam fastidiunt, hujus herba recreantur.

Althæa vulgaris *Park.* I. sive Dioscoridis & Plinii *C.B.* Alth. sive Bismalva *J.B.* Alth. Ibiscus *Ger. Marsh-mallows.* In paludstribus maritimis.

N. Emollit, laxat, discutit, dolores lenit, tumores maturat, acrimoniam mitigat & corrigit, tum herba, tum etiam radix & semen. Usus præcip. in affectibus vesicæ & calculo renum, in Asthmate & Pleuritide. Externus ejus usus creberrimus est in clysteribus, cataplasmatis, &c. *Schrod.* In summa ad quatuor præcipuè utilis esse perhibetur. 1. Ad calculum renum & vesicæ [tum Syrupus Althææ, tum decoctum foliorum & præcipuè radicum, seu ore tenus assumptum, seu in clysteribus, tum denique semen quovis modo præparatum.] 2. Ad affectus pulmonum, Asthma, tussim, phthisin, pleuritin. 3. Ad intestinorum erosiones, dysenteriam, &c. [Decoctum radicum & mucilago seminis præcipuè.] 4. Ad tumores duros emolliendos aut maturandos [cataplasma foliorum aut radicum.]

C. Alys-

C. Alyſſon Germanicum echioides *Lob.* Aparine major Plinii *Ger.* Borago minor ſylveſtris *Col.Park.* qui in ejus deſcriptione non ſemel errat. Bugloſſum ſylveſtre caulibus procumbentibus *C. B.* Cynogloſſa fortè topiaria Plinio, Echium lappulatum quibuſdam *J. B.* tom.3. lib. 33. c.7. pag. 590. & Cynogloſſa fortè topiaria Plinio *ejuſdem* eodem lib.cap.10. pag. 601. ubi melior habetur deſcriptio & icon, cùm quæ in priore loco aliena ſit. *Small wild Bugloſs, great Gooſe-graſs, German Madwort. Near Newmarket, in the hedge of a Lane leading to the town, near the Church, which ſtands by the Kings houſe: alſo by Boxley in Suſſex, and in the Holy Iſland.*

Ambroſia campeſtris repens, *v.* Coronopus Ruellii.

C. Anagallis aquatica minor folio ſubrotundo *C. B.* aquat. flore cæruleo folio rotundiore minor *J. B.* aquat. vulgaris ſive Becabunga *Park.* Anagallis ſive Becabunga *Ger. emac. Common Brooklime.* In rivulis.

N. Calfacit & humectat moderatè. Uſus præcip. in Scorbuto. Calculum renum & veſicæ inſigniter expellit; menſes ciet, fœtum mortuum ejicit. Extrinſecùs opitulatur phlegmonis & eryſipelati, *Schrod.* Viribus cum Naſturtio convenit, niſi quod imbecillior ſit.

C. Anagallis aquatica minor folio oblongo *C. B.* aquat. minor *Ger.* aquat. folio oblongo crenato *Park.* aquat. flore purpuraſcente, folio oblongo minor *J. B. The leſſer long-leaved Brooklime.* Cum priore. Habetur & altera hujus itémque ſuperioris ſpecies apud autores: an apud nos inveniantur, curioſis obſervandum relinquo.

C. Anagallis aquat. rotundifolia *Ger.* aquat. 3 *Lob.* aquat. VI. ſive rotundifolia non crenata *C.B.* aquat.3 Lobelii, folio ſubrotundo non crenato *Park.* Samolus Valerandi *J.B. Round-leaved water-Pimpernel.* In paluſtribus

& aquoſis, *as about the skirts of Hinton and Teverſham Moors near Cambridge.*

C. Anagallis aquatica anguſtifolia *J. B.* aquat. 8, ſive anguſtifolia ſcutellata *C. B. Narrow-leaved Brooklime.* In aquoſis & ad rivulos. Hæc eſt, ni fallor, Anagallis aquat. 4 *Lob.* quamvis minùs rectè picta ſit cum floribus & vaſculis in ſummitatibus ramulorum.

C. Anagallis fœmina *Ger.* cærulea fœmina *J. B.* terreſtris 2. ſive cæruleo flore *C. B. Park.* Inter ſegetes, ſed rariùs in Anglia; in exteris regionibus non minùs frequens eſt quàm mas. *In Cambridge-ſhire in the corn-fields, by the way leading from Cambridge to Hiſton.*

C. Anagallis mas *Ger.* flore phœniceo *Park.* phœnicea mas *J. B.* terreſtris I. ſive phœniceo flore *C. B.* Corchorus Cratevæ, Theophraſti & Nicandri *Ang. Male Pimpernel.*

Has duas varietates non ſpecificè, ſed accidentaliter tantùm differre exiſtimo, ſolo nimirum floris colore.

N. 1. Moderatè calida eſt & ſicca, unde & pro vulneraria habetur adhibetúrque uſu interno & externo.

2. Adversùs peſtem mirificè conducit, ità uſurpata ut poſtquam ex illa (in vino ſc. decoctâ) mediocrem hauſtum acceperis, in lectum te componas probè contectus & ſudes. *Trag.*

3. Mulier quædam Lutetiæ, aquâ è Phœnicea Anagallide deſtillatâ, multos ſuffuſione laborantes curavit. *J. B.* Verùm (ut puto) ſuccus cum melle permiſtus & inſtillatus, id efficaciùs præſtaret. Nam aquæ deſtillatæ, ut plurimùm nihil ferè aliud ſunt quàm inſipidum phlegma, parúmque aut nihil de viribus plantarum unde eliciuntur in ſe continent.

4. Ad phthiſin & tabem pulmonum, ſputum fœtidum

&

& purulentum bibat æger ſingulis diebus mane & veſperi aquæ Anagallidis maris deſtillatæ, cum pari quantitate lactis vaccini permiſtæ, & ſacchari optimi q. ſ. edulcoratæ cochlearia duodecim. Expertiſſimi commodi medicamentum.

5. Baſileæ in frequenti uſu eſt pro torminibus recens natorum. Ejus decocto utuntur fœminæ Weſtphalicæ in menſibus movendis. *C. Hofman. De Medicam. Officin.*

Anagallis lutea *Ger.* flore luteo *Park.* terreſtris IV. ſive lutea nemorum *C.B.* lutea, Nummulariæ ſimilis *J.B. Yellow Pimpernel.* In ſylvis & umbroſis humidioribus frequens, in pleriſque omnibus hujus Regni Comitatibus.

C. Anchuſa degener facie Milii ſolis *Ger. emac.* Lithoſpermum nigrum flore albo, ſemine Echii *J.B.* VII. ſive arvenſe radice rubra *C.B.* arvenſe radice rubente *Park. Baſtard Alkanet, Baſtard Gromil or Salfern.* Inter ſegetes ubique.

Androſæmum vulgare *Park.* maximum fruteſcens *C. B.* Siciliana, aliis Cæciliana & Androſæmum *J.B.* Clymenum Italorum *Ger. Tutſan or Park-leaves.* In dumetis & foſſarum aggeribus.

N. Sanguinem ſiſtit, & inſigne vulnerarium eſſe perhibetur, tum interiùs ſumptum, tum extrinſecùs applicatum. Androſæmum dicitur, quia comæ ejus tritæ rubro colore inficiunt, & velut cruentant terentium digitos: Et hæc ſignatura eſt quam vocant, unde ad ſanguinem cohibendum utile eſſe arguunt.

C. Anemone nemorum *Ger.* ſylv. V. ſive nemoroſa, flore majore *C. B.* Ranunculus nemoroſus albus ſimplex *Park.* phragmites albus & purpureus vernus *J. B. Single wild Wood-Anemony, or Wood-Crowfoot.* Aprili menſe floret, & reperitur in ſylvis ubique.

† Anemone tuberoſa radice *P.B. Wind-flower or Anemony*

with a knobbed root. upon Cotswald hills near Black Burton very plentifully. Mr. Heaton. Quamvis nesciamus planè, quam plantam intelligant per hunc titulum, & an descripta sit necne; quia tamen putamus oriri inibi aliquod genus Anemones, titulum omittere noluimus.

C. Angelica sylvestris *Ger. Park.* sylv. major *C. B.* sylv. magna vulgatior *J. B. Wild Angelica.* In aquosis & ad rivulos passim. Qu. an ab hac specificè differat Archangelica dicta? nobis non videtur.

C. Angelica sylvestris minor sive erratica *C. B.* sylv. repens *J. B.* Herba Gerardi *Ger.* Podagraria vulgaris *Park. Herb Gerard, Goutwort or Ashweed.* Ad sepes, præcipuè hortorum, ubi semel plantata reptatu suo odiosa est, nec facilè extirpari potest.

N. 1. Angelica sylv. eisdem pollere viribus creditur cum sativa, verùm languidior & infirmior est multo. Hospes quidam in Ducatu Wirtembergico Angelicam sylv. celebrabat in morbis equorum, pecorum & suum, exhibitam viridem in potu vel siccam. *J. B.* qui plura habet.

2. Podagraria ex re nomen habet, nam podagricis optimè facit. Adduntur folia recentia tenera oleribus.

C. Anonis spinosa flore purpureo *C. B. Park.* An. sive Resta bovis *Ger.* An. sive Resta bovis vulgaris purpurea & alba spinosa *J. B. Rest-harrow, Cammock, Petty Whin.* Flos plerunque purpureus, rariùs albus.

N. Eleganter Theophrastus κολοβοαγθῆ dixit Anonin; semper enim mutilus ac detruncatus observatur. *Bod. à Stapel.* in *Theophr. hist.* p. 642.

C. Anonis non spinosa purpurea *Ger.* non spinosa flore purpureo *Park. J. B.* IV. sive spinis carens purpurea *C. B. Purple Rest-harrow without prickles.* In pascuis sterilioribus, & agrorum marginibus passim.

N. Cortex

N. Cortex radicum, ut & radix ipſa, urinam ciet, calculos renum & veſicæ atterit, carnoſum ramicem abſumit, dentium dolores mulcet, hepatis infarctus liberat, vel in vino infuſa, vel in poſca decocta & aliquandiu bibita.

C. Anthyllis leguminoſa *Ger.* legum. vulgaris *Park.* Loto affinis 2, ſive L. aff. Vulneraria pratenſis *C. B.* Vulneraria ruſtica Geſneri *J. B. Kidney-vetch, Ladies finger.* In paſcuis ficcioribus, præſertim cretaceis & arenoſis, macro ſolo. Apud Germanos in uſu eſt pro vulneraria, ut nomen arguit.

Anthyllis maritima lentifolia *C.B.* lentifolia, ſive Alſine cruciata marina *Ger. emac.* lentifolia Peplios effigie maritima *J.B. Sea-pimpernel or Sea-chickweed, with Lentil-like leaves.* In litoribus maris arenoſis frequens.

Antirrhīnum arvenſe majus *C.B.* ſylveſtre medium *Park.* minus *Ger.* anguſtifolium ſylveſtre *J. B.* Orontium Archigenis q. Aurantium, quòd Auriginem morbum levet. *The greater wild Snapdragon or Calves-ſnout.* In arvis ſolo arenoſo.

N. Rari uſûs eſt in medicina, ſed propter floris elegantiam in hortis colitur. Fabuloſa ſunt, frivola & ſuperſtitioſa, quæ afferuntur de viribus hujus plantæ & aliarum nonnullarum contra ſpectra, incantationes, veneficia, &c.

C. Antirrhīnum arvenſe minus *C.B.* minimum *J B.* minimum repens *Ger. emac.* ſylveſtre minimum *Park.* In arvis & viis publicis non raro. *About Gogmagog-hi ls nigh Cambridge in the corn-fields.* Hæc planta ob floris & ſeminis ſimilitudinem rectiùs ad Linarias refertur quàm ad Antirrhina, ut nos primùm monuit D. Morriſonus. *The ſmalleſt wild Snapdragon or Calves-ſnout.*

Aparīne major Plinii, *v.* Alyſſon Germanicum Echioides

C. Aparīne *Ger. J.B.* vulgaris *Park. C. B.* Lappago Plinii,

nii, lib. 26. cap. 10. *J. B.* Philanthropon Dioscoridis & Plinii. *Clivers (rather Cleavers) or Goose-grass.* Pullorum anserinorum esca frequens. Dioscorides *saith, that it is used to cleanse milk.*

N. 1. Herba cum axungia trita strumas discutit, aquam destillatam alvum cohibere asserunt, efficacissimámque esse adversùs morbum regium *Trag.*

2. Aqua ejus destillata, vel herba ipsa minutim concisa inque vini albi q. s. decocta & pota, in calculo & arenulis insigne est remedium. D. *Needham.*

3. Pulvis qui ex hac herba & vitulino liene in furno exiccatis fit arcanum est ad tumores lienis & flatus hypochondriacos.

C. Aparine semine læviore. *Goose-grass with smoother seed.* Inter segetes præsertim solo cretaceo, *as about Gogmagog-hills and other places of Cambridge-shire.* Hujus semina multò læviora sunt quàm superioris, non tamen prorsus glabra, proinde diversa esse videtur ab Aparine lævi *Park.*

C. Aphăca *Park. Ger. emac.* Vicia quæ Pitine Anguillaræ latâ siliquâ, flore luteo *J. B.* Vicia lutea foliis Convolvuli minoris *C. B. Yellow Vetchling.* Inter segetes.

C. Apium paluſtre seu Officinarum *C. B.* vulgare ingratius *J. B.* paluſtre, seu Eleoselinum Veteribus *ejusdem.* Apium Officinarum seu Paludapium *Park. Smallage.* In paludosis & fossis, præsertim maritimis.

N. 1. Hujus radix calefacit, siccat, incidit, aperit, unde & inter 5 radices aperientes numeratur. Urinam & menses movet, calculum pellit, regium morbum solvit. Semen annumeratur seminibus calidis minoribus.

2. Semen ad eadem ad quæ sativi Apii commendatur: minùs tamen tutus ejus usus est. Nam Comitiali morbo obnoxii ab hoc offenduntur, ut

ut evidentibus experimentis compertum legi-mus.

3. In hortos translatum diligenti culturâ mitius minúsque ingratum evadit. Unde in Italia & Gallia folia ejus teneriora, unà cum superna radicis parte abscissa, cum oleo & pipere esitant secundis mensis, & in deliciis habent. Gallis hoc genus herbæ *Sceleri* dicitur, cujus usum Italis debent. Sunt qui contendunt *Sceleri* hoc, seu Apium dulce mavis dicere, à vulgari Apio specificè diversum esse; quorum sententiæ non accedo, quoniam Apium dulce in hortos nostros translatum, vel è semine ex Italiâ aut Gallia ad nos transmisso ortum, paulatim degenerat in vulgare Paludapium, ob Aeris sc. frigiditatem. Quod idem & Fœniculo dulci apud nos fato post 3 vel 4 annos plerunque accidit.

C. Aquilegia sylvestris *C.B.* vulgaris simplex *Park.* flore simplici *J.B.* flo. cæruleo *Ger.* Columbina, quia partes florum incurvatam columbæ cervicem & rostellum referunt *Jo. Bod.* in Theophr. hist. *Columbines.* In dumetis; *as in a close near Teversham-moor in Cambridge-shire, and in the West-Countrey, Wales and Yorkshire.*

N. 1. Calefacit moderatè & siccat. Aperit hepar & lienem. Præstantissimum est remedium adversùs morbum regium, autore Trago, quem consule. Ciet urinam & menses, vulnera consolidat, ventris tormina sedat. *Schrod.*

2. Semen in expellendis variolis & morbillis usûs mulierculis est creberrimi. *Idem.*

3. Folia in usu sunt in collutionibus & gargarismis.

Arăcus, *v.* Vicia.

† Arbŭtus *Ger. Park.* folio serrato *C.B.* Arbutus, Comarus Theophrasti *J. B.* Arbutus sive Unedo *Ad.* Galeno perperam Epimelis. *The Strawberry-tree.* Mirum, arbusculam hanc calidiorum regionum incolam,

lam, nec cis Alpes & Cebennas montes nobis uſquam viſam, in Occidentalibus Hiberniæ provenire.

C. Argemone capitulo longiore *C. B. Ger. Park.* capitulo longiore ſpinoſo *J. B. Long rough-headed baſtard Poppy.* Inter ſegetes & ad agrorum margines.

C. Argemone capitulo rotundiore *Park.* capit. breviore *C. B.* capit. breviore hiſpido *J. B.* cap. torulo *Ger.* cap. torulis cannulato *Lob. Round rough-headed baſtard Poppy.* Cum priore.

Argemone Cambro-britannica lutea *Park.* adde perennis, quoniam radix hujus plantæ per multos annos durat, quod huic ſpeciei proprium & peculiare eſt. *Yellow wild baſtard Poppy.* C. Bauhinus duas deſcribit ſpecies Argemones luteæ Alpinæ, verùm neutra in omnibus cum hac noſtra convenire videtur. *On the back of Snowden going from Carnaryvan to Llanberris, we found it by the way-ſide, not far from the ſaid Village of Llanberris.*

C. Argentina *Ger.* Potentilla *Park. C. B.* Potentilla ſeu Argentina *J. B.* Anſerina *Trag. Wild Tanſie, Silver-weed.*

N. 1. Refrigerat moderatè, aſtringit fortiùs, ſiccat, conſtipat. Hinc ſanguinis expuitioni medetur, diarrhœam & reliquos tum alvi tum uteri fluxus compeſcit: hæmoptoicis & hæmorrhoouſis ſubvenit: renum calculum inſigniter atterit: vulneribus inſuper & ulceribus admodum conducit. Externè famoſa eſt in doloribus dentium mitigandis, putredine gingivarum arcenda, æſtu febrili ſopiendo, quem potenter compeſcit, ſi cum ſale & aceto contuſa plantis pedum ſupponatur, vel carpis applicetur. *Schrod.*

2. Aquam hujus ſtillatitiam ad Lentigines, panos & maculas, fuſcúmq; colorem ſole contractum delendum, Anglæ mulierculæ adhibent. *Lob.*

3. Hujus

3. Hujus radices, quas *Moors* vocant, in agro Eboracenſi circa *Settle* hyberno tempore effoſſas pueri eſitant. Sunt enim ſapore ſuavi, nec minùs grato quàm paſtinacæ: ut à pharmacopœo quodam fide digno certiores facti ſumus.

C. Armerius pratenſis *Ger.* Caryophyllus ſimplex laciniatus VII. i. e. Car. pratenſis laciniato flore ſimplici, ſive Flos cuculi *C.B.* Flos cuculi, Odontis quibuſdam *J.B.* Lychnis plumaria ſylveſtris ſimplex *Park. in parad. Meadow-pink, Wild Williams, Cuckow-flower*, in pratis humidis & ad rivos. Parkinſonus rectè eam Lychnidem inſcribit: Bauhinus Caryophyllum malè, cùm nec vaſculum, nec florem habeat Caryophylli.

Armeria ſylveſtris altera calyculo foliolis faſtigiatis cincto *Lob.* Caryophyllus pratenſis *Ger.* pratenſis noſter major & minor *Park.* Car. barbatus ſylv. *C.B.* Viola barbata anguſtifolia Dalechampii *J.B. Deptford Pink.* In pratis & paſcuis, plurimis in locis ſolo arenoſo aut glareoſo. Æſtate floret.

Aria Theophraſti *Ger.* Alni effigie lanato folio major *C.B.* Sorbus Alpina *J.B.* ſylv. Aria Theophraſti dicta *Park. White Beam-tree. In many places eſpecially of the weſt-countrey on hills and rocks.* Variat folio obtuſiore & acutiore.

C. Artemiſia vulgaris *J.B. Park.* vulg. major *C.B.* Artem. mater herbarum *Ger. Mugwort.* Ad ſepes & agrorum margines. Non aliter differunt Artemiſia 1. & 2. *Ger.* ſive rubra & alba *Park.* quàm caulis & florum colore, teſtibus J. B. C. B. & Johnſono apud *Ger.* unde pro diverſis ſpeciebus neutiquam ſunt habendæ.

N. 1. Uterina eſt, Menſes ſc. fœtum, ſecundinas pellit, ſordes abſtergit, adeóque usùs creberrimi eſt mulierculis, qui eam adhibent internè & externè, adeò ut vix balnea & lotiones

nes parent, in quibus Artemisia non contineatur. *Schrod.*

2. Decocto Artemisiæ, si id cum saccharo & melle temperetur, tussis mitigatur, pulmo mundatur, calculus comminuitur. Sæpè autem non-causa pro causa sumitur, & fortè quod hîc Artemisiæ tribuitur, saccharo & melli debetur.

3. Herbæ siccatæ pulvis 3 drachm. pondere, in vino potus optimum est doloris ischiadici remedium autore Parkinsono: qui & herbam recentem aut ejus succum haustum in convenienti aliquo liquore præstantissimum esse remedium asserit, iis qui nimium Opii sumpserunt.

C. Arum *J. B.* vulgare *Ger.* vulgare maculatum & non maculatum *Park.* Arum 2. & 3. sive maculatum maculis candidis vel nigris & vulgare non maculatum *C.B. Cuckow-pint, Wake-Robin.* Ad sepes & in umbrosis primo vere exit.

N. 1. Ari cujuscunq; sed præcipuè maculati radix insigni acrimonia pollet, ità ut integro die semel gustata linguam vellicet. Radices omnium dum teneræ sunt lacteum succum stillant incisæ. *Trag.*

2. Radix, ejus maximè quod maculata habet folia, sive sicca sive recens tusa ac ad minus drachmæ pondere sumpta, remedium est præsentissimum ac minimè fallax adversus venenum & pestem: quidam tantundem addunt Theriacæ *Trag.* & paulò pòst, ad pestem & anthracem vix præstantiorem ac salubriorem herbam novi, quàm folia Ari recentia imposita.

3. Decocta radix melle excepta medetur pectoris morbis omnibus pituitosis: expectorat enim validissimè crassas lentásque excreationes, adeóque asthmaticos maximè juvat: hernias curat, & urinam ciet.

4. Nostrates mulieres ex Ari radicibus stillatitias aquas ad fucum parant, quas ad faciem erugandam illu-

illustrandámque magnis laudibus efferunt. Id quod etiam efficaciùs præstat insolatus radicum succus, cerussæ speciem referens, quem *Gersa* vulgò nominant; is siquidem mirum in modum cuti splendorem & candorem conciliat. *Matth.*

5. Radix Ari siccata insigne medicamentum est in Scorbuto, nec minùs efficax in affectibus lienis & ventriculi frigidis; præsertim in flatibus. D. *Needham.*

6. Hujus herbâ & radicibus circa *Maydston* Cantiani agri non ignobile oppidum ad linteamina mundanda saponis loco aut certè eidem admixtis rustici utuntur. D. *Skippon.*

C. Arundo vallatoria *Ger. Lob.* vulgaris palustris *J.B.* inodora I. i. e. vulgaris sive phragmites Dioscoridis, κάλαμος γραφικὸς Theophrasti *C. B.* Harundo vulgaris sive vallatoria *Park. Common Reed.* In aquis.

C. Ascyron *Ger.* vulgare *Park.* Hypericum Ascyron dictum, caule quadrangulo *J.B.* Hyp. Ascyron dictum IV. sive Androsæmum hirsutum *C.B.* at cur hirsutum appellat? *Ordinary S. Peters-wort.* Amat rivulorum margines & loca paludosa. Ut facie externâ, ità & viribus, cum Hyperico convenire videtur.

N. Hujus ut & Androsæmi semini Veteres vim purgatricem attribuunt.

C. Ascyrum supinum villosum palustre *C.B. Park.* Asc. 2. sive supinum ἑλώδης Clusii *Ger. emac. Round-leaved S. Peters-wort. On boggy grounds about springing waters in many places, most abundantly towards the Lands-end in Cornwal: in Cambridge-shire on the boggy grounds beyond Gamlingay.*

Asparagus palustris *Ger.* marinus crassiore folio *Park.* maritimus crassiore folio *C. B.* marinus *J.B. Marsh-Asparagus or Sperage. Found in sundry places, as in the Marshes near Bristow, about Harwich in Essex,* &c. v. *Ger.*

&c.

& *Park.* Anno 1667. *I found it growing on the cliffs at the Lezard point in Cornwal.*

N. 1. Aſparagum hunc paluſtrem ſolis natalibus & accidentibus inde ortis à ſativo differre exiſtimo. Nam quòd ſalſuginem quandam contrahat, quòd folia craſſiora habeat, majoréſq; baccas, mari imputandum eſt. Eadem nempe evenire ſolent & aliis plantis in maris vicinia naſcentibus.

2. Radix eſt diuretica, lithontriptica, & ex aperitivis quinque: Epar, lienem præcipuè & renes infarctu liberat, ideóque in decoctis eò reſpicientibus frequentiſſima eſt. *Schrod.*

3. Aſparagi cauliculus leviter decoctus (ut vulgò parari ſolet) & pro cibo ſumptus, ventrem mollit, urinámque ciet, fœtorem tamen mirum ei conciliat, ut quivis in ſeipſo facilè poteſt experiri.

4. Radicis decoctum epotum ægrè meientibus, regio morbo laborantibus, nephriticis & iſchiadicis auxiliatur. *J. B.*

5. Frequentior uſus diureticorum quorumcunque veſicam exulcerat.

C. Aſperula *Ger.* II. ſive Rubeola montana odora *C. B.* Aſperula aut Aſpergula odorata *Park.* Rubiis accedens Aſperula quibuſdam, aut Hepatica ſtellaris *J. B. Woodroof.* In ſylvis & dumetis montoſis.

N. 1. Uſus hujus in obſtructo hepate ac meatu biliario; & hinc in ictero ac in hepate calidiore refrigerando. Extrinſecùs in intemperie hepatis calida, &c.

2. Fertur in vinum conjecta hilaritatem efficere, & ſaporem ei gratiſſimum conciliare, unde Germanis in frequenti uſu eſt.

Aſphodēlus paluſtris Scoticus minimus. *The leaſt Scottiſh Aſphodil. Found about two miles North of* Barwick *near a ſmall rivulet.* Triplo aut quadruplo minor eſt

eſt Aſphodelo Lancaſtriæ. Caulis vix palmaris vel nudus vel unico tantùm folio prædituſ. Flores quantum conjicio albi, nam penè defloruerat : vaſcula ſeminalia brevia & ſubrotunda.

Aſphodĕlus Lancaſtriæ *Ger.* luteus acorifolius paluſtris Anglicus Lobelii *J.B.* Pſeudo-aſphodelus primus *Cluſ.* major ſive paluſtris *Park.* paluſtris Anglicus *C. B. Lancaſhire Aſphodil or baſtard Aſphodil.* Hæc eſt illa ſpecies quam ego ſæpiùs inveni in Angliæ & Cambriæ paluſtribus, cujus caulis firmus eſt & erectus, flores pulchrè lutei, ſtellati, in ſpicam ſatis grandem & denſam compoſiti. Aſphodelum Lancaſtriæ verum mihi nondum contigit in Anglia videre ſpontaneum.

N. Floribus lixivio maceratis puellæ crinem flavum inficiunt. *Lob.*

Aſplenium ſive Ceterach *J.B. Park. Ger.* Aſplenium ſive Scolopendra, Ceterach Officinarum *C. B. Ceterach, Spleenwort, Miltwaſt.* In ſaxorum crepidinibus & templorum muris, in Occidentali hujus regni parte plurimis in locis, *as on the walls about Briſtol, and the ſtones at S. Vincents rock,* &c.

N. Aſplenium dicitur, quòd adverſus ſplenis morbos efficax ſit : Scolopendrion verò à ſimilitudine Scolopendræ inſecti. Uſus præcip. in liene tumido, expuitione ſanguinis, fluxu alvi. Extrinſecùs mundificat vulnera & ulcera. *Schrod.*

Aſtragălus ſylvaticus *Ger.* ſylv. foliis oblongis glabris *C. B.* Aſtragaloides ſive Aſtragalus ſylvat. Aſtragalo magno Fuchſii, vel Chamæbalano leguminoſæ affinis planta *J.B.* Lathyrus ſylveſtris lignoſior *Park. Woodpeaſe or Heath-peaſe.* In ſylvis & dumetis Cantii, Suſſexiæ, Warwici, aliiſque frequens.

C. Atrĭplex ſylveſtris anguſtifolia *Park. Ger. emac.* ſylv. IX. ſive anguſto oblongo folio *C.B.* ſylv. Polygoni aut Helxines folio *Lob.* vulgaris anguſtifolia cum folliculis *J.B. Narrow leaved wild Orache.* In ſimetis & ruderibus,

deribus, necnon inter ſegetes & juxta vias. Hæc facilè à reliquis hujus generis diſtingui poteſt, partim foliis quæ ad Polygonum accedunt, latiora tamen ſunt & ſubinde leviter ſinuata; partim vaſculis triangulis folliculaceis.

C. Atriplex ſylveſtris *J.B.* ſylv. vulgaris *Ger. emac.* ſylv. vulgatior ſinuata major *Park.* I. ſive folio ſinuato candicante *C.B. Common wild Orache.* In ſimetis & ruderibus. Hæc planta à J. Bauhino rectè deſcribitur, ab aliis neutiquam. A reliquis cognominibus plantis hinc facilè dignoſcitur, quòd vaſculum ſeminale cùm clauditur, ſtellam quinque radiorum repræſentet inuentibus, unicum autem ſemen continet, parvum, nigrum, ſplendens, compreſſum; unde Blito potiùs quàm Atriplici accenſenda videtur.

C. Atriplex ſylveſtris altera *Ger. emac. C.B. The leſſer wild Orache.* Cum priore. In hac planta deſcribenda adeò breves & obſcuri ſunt autores, ut neſciam planè quid ſibi velint. Quocirca nos eam quam hoc titulo intellectam volumus, accuratiùs deſcribere conabimur. Radicem habet albam, ſimplicem, ſurculoſam, fibrillis etiam capillatam. Caulem erectum quidem, ſed infirmum, propè terram oblongos procumbentes ramos, caule etiam ipſo longiores ſpargentem, ex adverſo binos. Folia, præſertim inferiora, triquetra, è lata baſi in acutum mucronem deſinentia, & haſtæ cuſpidi aliquatenus ſimilia, obiter ſinuata ſeu dentata; quæ in ſummo caule ſunt longiora, anguſtiora & ad margines plerunque æqualia. Vaſcula ſeminalia triquetra è duobus foliolis conniventibus compoſita, ut in reliquis hujus generis.

Atriplex maritima noſtras. Atriplicis marinæ ſpecies Valerando *J.B. Engliſh Sea-Orache.* Diverſa eſt hæc ab Atriplice marina repente *Lob. Park.* marinâ *Ger.* maritimâ laciniatâ *C.B.* quam ad litus maris Mediterranei ſæpiùs obſervavi. Noſtra ſiquidem caules habet longos, humi procumbentes, ſaltem ſi caules dicendi ſunt.

sunt,& non rami. Nam qui medius est,sæpe erigitur. Folia triangularia, obiter interdum sinuata, utrinque ad basin processum velut auriculam obtinent. Flores in summitatibus ramulorum staminei,nunc albi, nunc rubri. Succedit semen in pericarpio trigono (quod componitur è duobus foliolis triquetris conniventibus) contentum. Hujus duæ sunt varietates,nimirum Atrip. marina alba, & Atr. mar. rubra. In quamplurimis cum præcedente convenit, & fortasse quicquid intercedit discriminis, id totum natalibus imputandum est. Alii diligentiùs examinent,& eas invicem conferant.

C. Atriplex sylvestris latifolia *Lob.* sylv. 3, sive latifolia *C. B.* sylv. latifolia, sive Pes anserinus *Park.Ger. emac.* Atrip. dicta Pes anserinus *J.B.Goose-foot, or Sow-bane.* In simetis.

C. Atriplex sylvestris latifolia altera *Ger. emac.*sylv.4,sive latifolia acutiore folio *C. B.* Atrip. dicta Pes anserinus alter sive ramosior *J. B. The other Goose-foot or Orache.* Cum priore.

C. Atriplex olida *Ger.* olida sive sylvestris fœtida *Park.* sylv.8,sive fœtida *C. B.* fœtida *J.B.* pusilla olida hircina,vulvaria vocata,garum olens *Lob.Stinking Orache:* In locis ruderatis,sed rariùs.

N.1. Atr.(sativam præcipuè intellige) refrigerat & humectat. Cocta estur ut olus,& in alvo solvenda celebris est. Unde etiam nonnulli quinque herbis emollientibus eam annumerant.

2. Semen exhibitum, tum alvum abundè subducit non sine molestia,tum crebros vomitus provocat; experimento Pharmacopœi cujusdam, qui ad rusticos purgandos eo uti solebat. *Matth.*

3. Usus Officinalis præcipuè externus est in clysteribus & epithematibus paregoricis. *Schrod.*

4. Atriplicis olidæ folia contusa cum Saccharo conservam faciunt hystericis utilissimam. D. *Needham.*

5. Pedem anſerinum dictum in cibis commanducatum præſentaneum ſuibus venenum eſſe, nè fortè lectorem minùs attentum fugiat, ſæpius monet & inculcat Tragus; eúmque ſequuti reliqui ferè omnes Botanici confirmant: unde noſtratibus *Sow-bane* dicitur.

C. Avēna alba *J. B.* vulgaris ſive alba *C. B.* veſca *Lob. Ger. Park. Common or manured white Oats.* In agris ſeritur.

C. Avēna nigra *J.B. C. B. Black Oats.* Hæc non occurrit apud Gerardum aut Parkinſon. quamvis in aliquibus Angliæ regionibus frequentiùs etiam quàm prior ſeratur.

Avēna nuda *J.B. C.B. Ger. Park. Naked Oats.* Verſùs extremum Cornubiæ angulum copioſè ſeritur, ubi à ruſticis *Pillis* & *Pill-corn* dicitur. Aiunt & in Devonia eam ſeri; verùm nos ibi non vidimus.

C. Auricŭla leporis minima *J. B.* An Bupleurum minimum *Park?* An Bupl. anguſtiſſimo folio *C.B. The leaſt Hares-ear.* Deceptum puto Gerardum, cùm Bupleurum anguſtifolium *Dod.* apud nos ſponte provenire aſſerat. Illud ſc. mihi nunquam occurrit, at hæc à J. Bauhino *tom. 3. part. 2. pag.* 201. deſcripta ſæpiùs. *As near Elleſley in the road from Cambridge to St. Neotes: on a bank by the Northern road-ſide a little beyond Huntington. At Maldon in Eſſex, in a yard where they build veſſels at Full-bridge: at Haſtings in Suſſex, near the little brook that runs beſide the caſtle, below the bridge, and elſewhere.* Auguſto & Septembri menſibus floret & ſemen perficit. Accuratam ejus tum figuram tum deſcriptionem vide apud *J.B.* loco citato.

C. Auricŭla muris pulchro flore albo *J. B.* An Caryophyllus arvenſis hirſutus flore majore *C. B. Mouſe-ear with a large white flower, on dry banks about Cambridge, as upon the hill of Health, on Newmarket-heath among the buſhes, and in the Devils-ditch plentifully; alſo on the*

banks

banks by London roads side between Trumpington and Hawkston, and further on beyond Fullmere in the road it self.

Auricula muris pulchro flore, folio tenuissimo *J. B. Fair-flowered Mouse-ear with very narrow leaves. On the mountains about Settle in Yorkshire plentifully, and elsewhere.* Flos lacteus, pentapetalos, florem Saxifragæ palustris Anglicæ refert.

Auricula muris, *v.* Alsine hirsuta & Pilosella.

B

BAccharis Monspelliensium, *v.* Conyza major.

C. Ballote *Matth. Dod. Lob.* Marrubium nigrum *Ger. emac.* nigrum sive Ballote *J. B.* nigrum fœtidum, Ballote dictum *Park.* nigrum IV. sive nigrum fœtidum, Ballote Dioscoridis *C. B. Stinking Horehound.* In ruderibus & ad sepes.

N. Herbæ decoctum præstantissimum est remedium in affectione hypochondriaca, itémque in hysterica. D. *Bowle.*

C. Barbarea *J. B. Ger.* flore simplici *Park.* Eruca 7, i. e. lutea latifolia sive Barbarea *C. B.* Nasturtium hybernum *Thal. Winter-Cresses or Rocket.* In muris & aggeribus juxta rivulos & aquas fluentes. Dentisalus scorbutica *Cat. Altd.*

Barbarea muralis *J. B.* Erysimo similis hirsuta planta *Park.* Erysimo similis hirsuta non laciniata alba *C. B. Wall-cress with Daisie-leaves.* In muris & rupibus, in Borealibus & Occidentalibus Angliæ regionibus, præsertim montosis, *as upon the walls of the Church of Ashburn in the Peak,* &c. Hanc olim habui pro Cardamine pumila Bellidis folio *Clus.* Vereor ne Johnsonus & Parkinsonus nostrates eundem errorem erraverint. Ostensa est mihi aliquando pro Turriti minori, &

reverà magnam habet cum Turriti vulgari convenientiam, ut non immeritò ità denominare posset.

N. 1. Nasturtio facultate similis videtur. Vulneraria est, ulcera purgat & siccat. Acetariis hyeme præsertim additur. Semen, urinam ciet, & calculosas arenulas expellit. Hodie in rariore usu est.

2. Franciscus Indiæ de Gatta miris laudibus effert vomitorium paratum cum aquâ stillatitiâ arantiorum immaturorum tepidâ, & sufficienti quantitate pulveris hujus herbæ in podagricis, gonagricis, & ischiadicis affectibus. Vide J. Bauhinum *tom.* 2. *part.* 2. *lib.* 21. *cap.* 12. *pag.* 869.

C. Bardāna major *Ger.* vulgaris major *Park.* Personata, sive Lappa major aut Bardana *J.B.* Lappa I. sive major, Arcium Dioscoridis *C. B. Great Bur-dock, Clot-bur.* In incultis passim.

Bardāna major altera *Ger.* major lanuginosis capitulis *Park.* Personata altera cum capitulis villosis *J.B.* Lappa major montana capitulis tomentosis sive Arctium *C.B. Woolly-headed Bur-dock.* In agro Somersetensi, tribus à Bathonia milliaribus, propè domicilium D. *Joannis Colt.* Lob. Circa *Skipton* oppidum, & alibi in ea Comitatûs Eboracensis parte quæ *Craven* dicitur. Non alia in re à præcedenti differt quàm echinis, quorum spinæ lanugine incanâ ceu aranearum telis intertextæ sunt.

Bardāna minor *Ger.* Xanthium sive Lappa minor *J.B. Park.* Lappa minor, Xanthium Dioscoridis *C. B. The lesser Bur-dock.* Apud nos rariùs occurrit. *I once found it in the road from Portsmouth to London, some three miles from Portsmouth; and in other places on dunghills.* Gaudet solo læto ac pingui. In transmarinis ad rivulos & in aquosis scrobibus sæpiùs observavi.

N. 1. Siccat, est pulmonica, diuretica, diaphoreti-

ca,

ca, extergens, ſubaſtringens. Hinc convenit in aſthmate, calculo, expuitione ſanguinis, in vulneribus inveteratis, tumore lienis aliarúmque partium, in arthriticis morbis, quibus peculiari proprietate conferre ſtatuitur.

2. Semen inſigne lithontripticum cenſetur. Propinetur autem in pulverem comminutum in cereviſia tenui aut Zythogalo, noſtratibus *Poſſet-drink* dicto, Lunâ plenâ.

3. Extrinſecùs imponuntur folia vulneribus inveteratis, articulis luxatis, ambuſtis, &c. *Schrod.*

4. Hujus caules, antequam Lappæ gignantur, in acetariis numerat Laurembergius, iiſque validam vim frangendi calculum, augendi ſemen, excitandi Venerem tribuit.

5. Bardana minor calfacit & ſiccat, digerit. Guſtu eſt ſubamaro & acri. Uſus præcip. (ſecundùm Matthiol.) in minera lepræ educenda [cum Rhabarbaro exhibetur radix] in lipothymia. Extrinſecùs in ſtruma & tumoribus diſcutiendis [epithema] in capillis luteo colore tingendis. *Schrod.*

Becabunga, *v.* Anagallis aquatica.

C. Behen album *Officin. Ger.* Been album Officinarum *J. B.* Papaver ſpumeum ſive Ben album vulgò *Park.* Lychnis ſylveſtris, quæ Ben album vulgò *C. B. Spatling Poppy, white Bottle.* Inter ſegetes. Hæc planta foliis eſt plurimùm glabris, nonnunquam tamen hirſutis, ſtaminum quoque apicibus plerunque albis, interdum purpureis reperitur.

N. Tragus ad fomenta & balnea ſudatoria herbam commendat. Succus ophthalmiam tollit & oculorum dolores mulcet, docente Schwenckfeldio. Semen pituitam purgat, & comitialibus datur.

Bella donna, *v.* Solanum lethale.

C. Bellis major *J. B. Ger.* major vulgaris ſive ſylveſtris *Park.* I. ſive major ſyl. caule folioſo *C. B.* Buphthalmum majus *Lon.* Conſolida media vulnerariorum *Lob.*

The greater wild white Daisie or Ox-eye. In pratis & pascuis.

N. Herba integra [caules, folia, flores] in Zythogalo decocta & pota adversus asthma, phthisin, orthopnœam, singulare remedium censetur. D. *Senior.*

C. Bellis minor sylvestris simplex *Park.* minor sylv. spontanea *J. B.* minor 4, sive sylvest. & 5, sive sylvestris altera *Ger.* VII. sive sylv. minor *C. B. Common wild Daisie.* In pratis & pascuis per totum annum floret.

N. 1. De temperamento hujus plantæ non consentiunt Botanici, alii calidam & siccam, alii frigidam & humidam faciunt. Verùm acetosus sapor frigiditatem arguit, & effecta siccare Bellium ostendunt.

2. Vulneraria insignis est tum major, tum etiam minor. Exteriùs in emplastris & fomentis adhibetur, interiùs succus ejus vulnerariis potionibus admiscetur: unde & Consolida minor Officinis dicitur.

3. Mulierculis nostris usitatum est herbam cum floribus infantibus ad alvum laxandam exhibere. *Schrod.*

4. Hujus radices exteriùs usurpantur ad scrophulas & strumas optimo cum successu. D. *Needham.*

5. Bellidis minoris radices in lacte decoctæ & catellis exhibitæ, impediunt nè crescant, si vulgo fides.

Berberis Officinarum, *v.* Oxyacantha.

Beta sylvestris maritima *C. B. Park. Sea-Beet.* Frequens ad litora. Johnsonus apud Gerardum asserit hanc non differre specie à Beta sativa alba. Ast magnitudo, color viridior, & glabricies foliorum, diversam arguunt.

N. 1. Calf. & sicc. laxat alvum ob nitrositatem: errhinum est, præcipuè radix: nam succus ejus naribus exceptus sternutamenta proritat. *Trag.*

2. Plantulæ recentes cum radicibus leviter bullitæ & ex aceto postea devoratæ, cibi appetentiam afferunt, sitim compescunt, choleram in ventriculo reprimunt.

3. Beta

3. Beta ob saporis fatuitatem apud Veteres celebris. *Martial.* Ut sapiant fatuæ fabrorum prandia Betæ.

4. Succus hujus herbæ expressus naribus attractus humores pituitosos è cerebro magnâ copiâ elicit; adeóque Cephalalgiam quantumvis inveteratam compescit & profligat. Medicamentum hoc à nonnullis pro secreto habetur.

C. Betonica aquatica *Ger.* aquat. major *Park.* Scrophularia 3, sive aquat. major *C. B.* maxima radice fibrosa, *J. B. Water-Betony*, rectiùs *Water-Figwort*. Ad rivos.

Betonica Pauli, *v.* Veronica Pratensis.

C. Betonica *Ger.* I. sive purpurea *C. B.* vulgarior flore purpureo *Park.* vulg. purpurea *J. B.* Cestron & Psychotrophon Dioscoridis & Plinii *ejusdem. Wood-Betony.* In sylvis & dumetis. Flore est communiter purpureo, interdum albo.

N. Quamplurimæ huic plantæ virtutes attribuuntur quoquo modo sumptæ.

1. Sic breviter Schroderus. Calf. & siccat in 2. Acris est & amara. Discutit, atten. aper. & abstergit. Inprimis cephalica est & epatica, splenetica, thoracica, uterina, necnon & vulneraria, & demum diuretica. Hinc usu interno & externo creberrima venit, maximè in morbis capitis.

2. Observandum, radicum facultates longè dispares esse à foliorum & florum viribus, utpote quæ multùm stomacho oríque ingratæ, nauseam, rugitus, vomitúmque cieant: folia è contra odora, aromatica, & grato sapore nonnihil roborante cibo & medicamento naturæ amica. *J. B.*

3. Betonicæ aquaticæ radices vomitiones cient, autore Hofmanno.

4. Plantarum omnium succi expressi, postquam aliquandiu steterint, & fæcibus subsidentibus clari evase-

rint, aliquâ roboris tincturâ perfusi apparent, alii dilutiore, saturatiore alii. Ex omnibus quos expertus sum *Betonicæ* vulgaris dilutissimus est & minimè coloratus. D. *Fisher.*

5. Pseudo-Thea è foliis Betonicæ, Scorodoniæ & Chamæpityos confecta, edulcorata & calida pota in Podagra, Cephalalgia & nervorum affectibus mirificè prodest, & dolores lenit. D. *Bowle.*

C. Betŭla *Ger. Park. C.B. & aliorum.* Betulla Plinii & Σημύδα Theophrasti *J.B. The Birch-tree.* In sylvis humidis & ericetis.

N. 1. Veris initiis, antequam folia prodîêre, in truncо aut ramis vulnerata, dulcem succum copiosè effundit, cujus poti vim & efficaciam in calculo renum & vesicæ, inquè stranguria & urina cruenta non immeritò celebrant Helmontius aliique. In hac arbore interdum ante medium Februarii, cùm scilicet hyems clementior fuerit, interdum non ante initium Martii ascendit. Verùm cùm primò emanat gelu remissius fluxum ejus non sistit. Vidi enim diu noctúque nullâ intermissione extillantem liquorem, cùm statim post egressum in stirias vi frigoris condensaretur. Hoc succo, partim mero, partim cum melle cocto, phthisin scorbuticam non semel curavi. D. *Needham.*

2. Folia calf. ficc. attenuant, abstergunt, resolvunt, aperiunt, amara sunt; hinc usûs non minimi in hydrope, scabie, &c. intus & extus adhibita. Cortex item, quia bituminosus, calfacit & emollit, adhibetúrque in suffitibus aeri corrigendo dicatis. Fungus ejus vi pollet adstrictoria, unde ramenta ejus hæmorrhoidibus inspersa ad miraculum fluxum cohibent. *Schrod.*

3. Hujus viminum seu surculorum gracilium usus ad magistratuum olim, nunc ad Pædagogorum virgas; ad scopas; ad qualos plectendos, autore Turnero; viscо illitorum ad aucupia.

4. Tragus,

4. Tragus, Lonicerus, & C. Bauhinus teſtantur, Veteres ante repertum chartæ uſum, in hujus cortice candido ſcribere ſolitos. *Vidimus nos* (inquit Tragus) *Curiæ oppido Rhætiæ ſuperioris nonnulla carmina in cortice Betulæ exarata.* Et reverà (experientiâ teſte) non inepti ſunt huic uſui exteriores illi candidi & membranacei cortices, qui velut cuticulæ quædam in mediocris magnitudinis arboribus craſſiorem corticem amplectuntur, cujuſmodi quatuor aut etiam quinque diverſas nonnunquam ſeparavimus; unde ſuſpicamur novam quotannis arbori huic cuticulam accedere, ex humore qui paulatim per corticem tranſudat concretam.

5. Ventriculi pecorum quibus coagulum lactis noſtri parant, ſucco Betulæ conditi ſeu macerati, caſeos omnes qui eo coagulo coeunt à vermibus aſſerunt, certo id atteſtante experimento. *Trag.*

C. Betŭlus ſive Carpinus *Ger.* Oſtrys ſive Oſtrya I. ulmo ſimilis, fructu in umbilicis foliaceis *C. B.* Oſtrys ſive Oſtrya Theophraſti *Park.* Fagus ſepium *J. B. Hornbeam tree, Horſe-beech, or Horn-beech.* In ſylvis & ſepibus.

N. 1. In hujus arboris hiſtoria Botanici admodum confuſi ſunt & obſcuri, ut videre eſt apud *J.B.* Lobelius ſub Tiliæ maris titulo eam deſcribit. Ligni ejus magna ſoliditas & firmitudo, undè ad rotas molendinares, cochleas, trochleas, aliáque quæ ponderibus ſuſtinendis inſerviunt, adhibetur.

2. Hæc etiam arbor vere vulnerata lachrymam effundit.

C. Biſolium ſylveſtre vulgare *Park.* majus ſive Ophrys major quibuſdam *J.B.* Ophrys biſolia *Ger. C.B. Twayblade.* In pratis & ſylvis frequens.

Biſolium minimum *J.B.* Ophrys minima *C. B. The leaſt Tway-blade. We have found it on ſeveral Moors and Heaths in Darbyſhire, Northumberland and York-ſhire, particularly not far from Almond-bury; and on Pendle-hill in Lancaſhire near the Beacon.*

Biſtorta

Biſtorta major *Ger.* ma. vulgaris *Park.* ma. rugoſioribus foliis *J. B.* II. ſive radice magis intorta *C. B.* In pratis humidis, ſed rariùs. *The greater Biſtort or Snakeweed. It is frequent in the meadows and paſtures about Sheffield in York-ſhire, and in ſeveral other places of that Countrey. I have lately found it in ſome meadows about Tamworth and Faſely in Warwick-ſhire, plentifully.*

N. 1. Refrigerat & ſiccat ad gr. 3. hujus radix, aſtringit validè, eſt auſteriuſcula, alexipharmaca, ſudorifera. Uſus præcip. in vomitu compeſcendo, abortu præcavendo, &c. *Schrod.*

2. Pulvis radicum cum conſerva roſarum egregiè compeſcit ſanguinis ſputum, dyſenteriam, aliáſque fluxiones, & menſes nimios ſiſtit. Pulvis aſperſus ſanguinem è vulneribus manantem cohibet.

Biſtorta minor *Ger.* minor noſtras *Park.* minima *J. B.* IV. ſive Alpina media *C. B. Small Biſtort or Snakeweed. In ſeveral places of Weſtmorland. It was ſhewn me this year* [1671] *by* T. W. *in a mountainous paſture about a mile and a half from a village called Wharf, not far from the foot-way leading thence to Settle in York-ſhire, plentifully.* Parkinſonus Biſtortam minorem noſtratem diverſam putat à Biſtorta minore Alpina, verùm falſus eſt. C. Bauhinus duplicem facit Biſtortam Alpinam, mediam ſc. de qua agimus, & minorem. Ego unam duntaxat ſpeciem agnoſco: ſiqua tamen ſit differentia, noſtras minor potiùs cenſenda eſſet quàm media; Quam enim ego inveni in Alpibus, major videbatur noſtrate. Alii diligentiùs conferant.

C. Blitum erectius ſive 3. Tragi *J. B.* minus *Dod.* minus album, *Ger.* album minus *C. B.* itémque polyſpermon *ejuſdem.* minus album ſylv. *Park.* itémque polyſpermon *ejuſdem.* Polyſporon Caſſiani Baſſæ Anguillaræ *Lob. upright Blite or All-ſeed.* In fimetis, lupuletis, & arvis pinguioribus. Blitum album minus & Blitum polyſpermon

ſpermon C.B. Jo. Bauhini autoritate (qui Blitum hoc erectius idem facit Polyſporo Caſſiani Baſſæ Anguillaræ *Lob.* atque etiam Blito minori *Dod.* cujus quoque figuram adhibet) ad idem caput reduco. Gerardus, C.Bauhinus,& eum ſecutus Parkinſonus, Blitum minus *Dod.* & Polyſporon Caſſ. Baſſ. *Lob.* pro diverſis habent, quoniam figuræ diverſæ ſunt. Quicquid autem ſit de figuris Deſcriptio Polyſpori apud Lobelium huic Blito optimè convenit. Catalogo Cantab. inſeruimus hanc plantam ſub titulo Bliti albi minoris.

N. Refrigerat & emollit: ſapor ei fatuus.

C. Bonus Henricus *J.B. Ger.* Tota bona *Lob. Dod.* Lapathum unctuoſum *Park.* ſylveſtre latifolium I. ſive unctuoſum *C.B. Common Engliſh Mercury, or All-good.* Ad vias & in oleraceis.

N. 1. Mirificè confert ad ſordida ulcera purganda & glutinanda, autore Fuchſio: Folia cum oleribus cocta atque eſitata lubricam reddere alvum teſtatur Dodonæus.

2. Vermes in ulceribus putridis animantium quadrupedum natos excutit certiſſimo experimento, ſi herba tuſa ulceribus imponatur, id quod non ſemel ipſe vidi. *Trag.*

Bromos ſterilis, *v.* Feſtuca.

Braſſica marina monoſpermos *Park.* monoſpermos Anglica *J.B.* ſylv. 2, ſive maritima *C. B.* marina Anglica *Ger. Sea-Colewort or Cabbage.* In litoribus circa Angliam ubique ferè. Hanc noſtrates populi maritimi pro olere eſitant, atque etiam ſativæ Braſſicæ præferunt.

Braſſica ſylveſtris *Ger. Park. J. B.* arvenſis *C. B. Wild Colewort. On Dover cliffs, and divers other the like places.*

N. 1. Inſignem magnitudinem & ſtaturam aſſequitur hæc planta: videtur quoque in plures annos durare, unde ſuſpicor eam ſpecificè differre à Braſſica vulgari

vulgari ſylveſtri, meretur certè *arborea marina* denominari.

2. Qui arthritide vexantur non tantùm in cibo braſſicam uſurpent, ſed & illa alvum ſubducant, fervefactæ ſucco expreſſo poto. *Trag.*

C. Bryonia alba *Ger. Dod.* alba vulgaris *Park.* I. aſpera, ſive alba baccis rubris *C.B.* vitis alba ſive Bryonia *J.B. White Bryony.* Ad ſepes.

N. 1. Purgat validè ſeroſos & pituitoſos humores: ſplenetica, uterina, & jecoraria eſt, utpote quorum obſtructiones aperit. Hydropicorum aquas per vomitum ac ſeceſſum educit, menſes ciet, fœtum ejicit, ſuffocationes uteri arcet, aſthmata ſanat, podagricis convenit intus & extus. *Schrod.*

2. Circulatores & Agyrtæ nonnulli ex hujus radice mira quædam monſtra effingunt, quæ cùm aliquot dies ſiccæ arenæ mandaverint, pro mandragoris poſtea diſtrahunt. *Trag. J. B.* Hac impoſturâ & noſtratium vulgo illudunt hujuſmodi nebulones.

3. Conſerva radicum Bryoniæ albæ magnitudine nucis myriſticæ bis in die ſumpta, uſu ejus per longum tempus continuato, epilepſiam vel etiam hyſtericam paſſionem perſæpe profligat & ſanat. Idem præſtat radicis fruſtulum poculo quo æger ad bibendum utitur perpetuò inditum. *D. Bowle.*

4. Hujus aſparagis qui prima germinatione exeunt ſolebant veteres veſci, ut docet *Columella* l. 12. c. 7. Ab omnibus pro more per ver edi tradit Galenus, eduliúmque eſſe propter adſtrictionem ſtomacho gratum. De iis etiam Paulus hoc modo ſcribit, Bryoniæ aſparagi ſtomacho quidem accommodati ſunt, & urinam cient, parum tamen nutriunt, etſi cùm coquantur, olerum aſparagis in nutriendo efficaciores ſunt. Quæ de vitis ſylveſtris ſive Tami quidem, ſed nequaquam de hujus germinibus veritatem habent, inquit Dodonæus; nam hujus aſparagi nequaquam aſtringunt, ſed

ſed alvum vehementiùs commovent, ſtomáchóque gravem moleſtiam inferunt.

C. Bryonia nigra *Ad. Ger.* ſylv. nigra *Park.* IV. lævis, ſive nigra racemoſa *C. B.* Vitis nigra quibuſdam ſive Tamus Plinii folio cyclamini *J. B.* Melothron Theophraſti *eidem.* Sigillum B. Mariæ *Offic. Black Bryony.* Ad ſepes & in dumetis.

N. 1. De viribus hujus plantæ non convenit (ut video) inter Botanicos. Compertum eſt (inquit Lob.) vel mulierculis, vehementiùs uriham renúmque ſabulum, menſiúmque ſaburram impellere potu. Incidit & attenuat lentam pituitam, præſertim in Thoracis affectibus. De vi purgatrice nihil dum comperi. C. *Hofman.*

Hofmanno ſuffragatur D. *Liſter*, qui aſſerit ſe, quamvis tum radicem ipſam in ſubſtantia (ut aiunt) tum ejus extractum largâ doſi ſæpiùs exhibuerit, nunquam tamen obſervare potuiſſe eam vel per vomitum, vel per ſeceſſum, vel alio quovis modo ſenſibili operari.

2. Pulvis radicum Bryoniæ nigræ cum aceto & ſtercore vaccino ad formam Cataplaſmatis redactus podagricos dolores lenit.

Bugloſſum ſylv. caulibus procumbentibus *C. B. v.* Alyſſon Germanicum echioides.

C. Bugloſſa ſylveſtris minor *Ger. emac.* Bugloſſum ſylveſtre 2, ſive ſylv. minus *C. B.* ſylveſt. minus *Park.* Echium Fuchſii ſive Borago ſylveſt. *J. B. Small wild Bugloſs. On dry banks, and in the borders of plowed fields.*

C. Bugloſſum luteum *Ger.* Hieracium capitulis cardui benedicti maximum, Bugloſſum echioides quibuſdam *J. B.* Hier. montanum hirſutum I. ſive echioides capitulis cardui benedicti *C. B.* Lingua bovis *Park. Lang de boeuf.* Ad agrorum margines, non rarò & in ſylvis cæduis. Uſurpatur pro olere, in cibo.

C. Bu-

C. Bugŭla. *Ger. Dod.* vulgaris *Park.* Conſolida media pratenſis cærulea *C. B.* Conſolida media, quibuſdam Bugula *J. B. Bugle.* In ſylvis & pratis humidis vulgatiſſima. Variat floris colore carneo & albo.

N. 1. Vulneraria eſt, tam intrinſecùs quàm extrinſecùs adhibita: Confert & ictero, hepatis obſtructioni, urinæ retentioni, &c. *Schrod.*

2. Unguentum è foliis Bugulæ, Scabioſæ, & Saniculæ tuſis, & in axungia bullitis ad ſiccitatem uſque, & deinde expreſſis ad omnis generis ulcera, contuſiones & vulnera ſananda plurimùm valet. *Park.* qui ejus uſum nobilibus matronis commendat.

† Bugŭla cærulea Alpina *Park.* Conſolida media cærulea Alpina *C. B. J. B. Mountain Bugle or Sickle-Wort. On Carnedh-llewelin in Carnarvanſhire, found by Doctor Johnſon: it hath not yet come in my way in England.*

C. Bulbocaſtănum majus & minus *Ger.* majus folio Apii. *C. B.* Nucula terreſtris major *Park. The Earth-Nut or Kipper-Nut.* In paſcuis præſertim ſolo arenoſo. Ego hactenus unam duntaxat vidi Bulbocaſtani ſpeciem, nec plures agnoſcit *J. B.* C. Bauhinus Nuculam terreſtrem Septentrionalium *Lob.* (quam Lobelius in Anglia vel mulierculis notam dicit) Bulbocaſtani ſui majoris ſynonymam facit. Botanici & Phytologi noſtrates pro bulbocaſtano minore habent quod paſſim apud nos ſponte provenit. Quocirca has non eſſe diverſas plantas meritò ſuſpicor.

N. Radix eſtur cruda noſtratibus pueris; verùm excorticata & cum modico pipere in jure carnium cocta, ſuavis admodum cibus eſt, multùm nutriens & Venerem ſtimulans. Medicamentis addita, cruenta mingentibus & etiam ſpuentibus auxiliatur.

Bulbocodium, *v.* Narciſſus.

Bunias ſylveſtris, *v.* Napus.

Bupleurum, *v.* Auricula leporis.

Buph-

Buphthalmum vulgare *Ger.* Dioſcoridis *C. B.* Chamæmelum Chryſanthemum quorundam *J. B.* Buphthalmum Matthioli ſive vulgare Millefolii foliis *Park. Common Oxe-eye. I found this on a bank near the River Tees, not far from Sogburn in the Biſhoprick of Dureſm.*

C. Burſa paſtoris *J. B. Ger.* major vulgaris *Park.* B.p. foliis ſinuatis 2. ſive B. p. major folio ſinuato *C. B.* Thlaſpi fatuum *Geſn. hort. Shepherds purſe, Pick-purſe or Caſeweed.* Hæc planta foliis mire ludit, unde illam quæ folio eſt non ſinuato, pro diverſa ſpecie non habeo; Atque idcirco cum J. Bauhino ad idem caput reduco, & pro eadem ſpecie reputo B.p. foliis ſinuatis primam, ſecundam & tertiam *C.B.*

N. Aſtringit & conſtipat: hinc valet in hæmorrhagia narium [ſi peſſum è cotone factum & ejus ſucco intinctum naribus indatur] diarrhœâ, dyſenteriâ, mictione cruentâ, fluxu nimio mulierum. Externè vulneribus ſolidandis à plebeiis adhibetur, nec ſine ſucceſſu. Quinimo additur ſæpiùs cataplaſmatis febrifugis quæ carpis imponuntur.

Burſæ paſtoriæ loculo ſublongo affinis pulchra planta *J.B.* B.p. major folio non ſinuato *C.B.* Thlaſpi Veronicæ folio *Park. Great Shepherds-purſe with long pouches. On the ſides of the mountains in ſeveral places of Craven in York-ſhire.*

C. Burſa paſtoris minor *Park.* B.p. foliis ſinuatis IV. ſive minor foliis inciſis & Thalii *C.B.* B. paſtoria minima *Ger.* B.p. parva folio glabro ſpiſſo *J.B. The leſſer Shepherds-purſe.* In arvis, & nonnunquam etiam in paſcuis, ſolo arenoſo. Naſturtium petræum *Tab. Ger.* cum J. Bauhino huc refero, non obſtante quòd figuræ diverſæ ſint, & quòd C. Bauhinus eas diſtinguat.

Buxus *Ger. J. B.* arboreſcens *C. B.* Buxus arbor vulgaris *Park. The Box-tree. On Boxhill near Darking in Surrey, copiouſly.*

N. 1. Ad ea quæcunque torno elaborari possunt, nihil hoc ligno præstantius, lautius, sequacius. Rari usûs est in medicina: sunt tamen qui oleum è ligno destillant summè narcoticum, idque magnopere commendant in epilepsia, odontalgia, dentibúsque corrosis. *Schrod. v.* Quercetan. *Pharmac. restitut.*

2. Decocto ligni Buxi lues Gallica æquè curatur ac Guaiaco. *Prævot. Medic. pauper.*

C

C Calamintha aquatica *Ger. emac.* VI. sive arvensis verticillata *C.B.* arvensis verticillata, sive aquatica Belgarum Lobelio *Park.* Mentha arvensis verticillata hirsuta *J.B. Water Calamint, with whorled Coronets.* Ubi per hyemem aquæ stagnârant, plurimis in locis male denominatur Calamintha, cùm Menthæ species sit.

C. Calamintha flore minore odore pulegii, *J. B.* odore pulegii *Ger.* altera odore pulegii, foliis maculosis *Park.* Cal. 2. sive Cal. pulegii odore sive Nepeta *C. B. Field-Calamint.* In agrorum marginibus & viis publicis, solo glareoso plurima.

C. Calamintha vulgaris *Park.* vulgaris Officinarum *Ger. emac.* 3, seu vulgaris vel Officinarum Germaniæ *C.B.* flore magno vulgaris *J. B. Common Calamint.* Rarius apud nos occurrit. *In some Closes about Chesterton near Cambridge.*

N. 1. Calf. sicc. attenuat: stomachica & uterina est imprimis: menses ciet, urinam movet, hepar reserat, tussi medetur. *Schrod.*

2. Folia potu aut illitu demorsis à serpentibus opitulari perhibentur. Decoctum eorum orthopnoicis, rupti-

ruptis, convulsis, torminibus, choleris, horroribúsque auxiliatur, regium morbum expurgat, venenis resistit: tineas, lumbricos, ascaridas, cæteráque interaneorum mala, herba cum sale & melle pota, enecat, autore Dioscoride. *J.B.*

3. Frequenter esitatam elephantiacos sanare certum est. *Dod. ex Apul. & Dios.*

† Calceŏlus Mariæ *Ad. Ger.* Elleborine major, sive Calceolus Mariæ *Park.* Hell. flore rotundo, sive Calceolus *C. B.* Damasonii species quibusdam, sive Calceolus D. Mariæ *J.B. Ladies slipper. In some Woods in Lancashire and York-shire, as in Helks-Wood fast by Ingleborough.*

Calcitrapa, *v.* Carduus stellatus.

C. Caltha palustris *J.B.* palustris vulgaris simplex *Park.* IX. sive palustris flore simplici *C. B.* pal. major, *Ger. Marsh-Marigold.* In aquosis & ad fluviorum ripas.

C. Camelīna *Ger.* Cam. sive Myagrum alterum amarum *Park.* Myagrum siliquâ longâ *C. B.* Myagro affinis planta siliquis longis *J.B.* Erysimum Galeno & Theophrasto *ejusdem. Treacle-wormseed. In the Oster holts by the Bridge at Ely, and in all other the Oster grounds by the River there. I have also observed it at Ashburn in the Peak.*

Campanula, *v.* Trachelium.

Campanŭla cymbalariæ foliis *Ger. emac. Park.* cymbalariæ foliis vel folio hederaceo *C. B.* Camp. folio hederaceo, species Cantabricæ Anguillaræ *J. B. Tender Ivy-leaved Bell flower. On many moist and watery banks in the West of England, especially in Cornwal. I have also found it in the North, as about Sheffield.*

C. Campanŭla rotundifolia *Ger.* minor sylv. rotundifolia *Park.* minor rotundifolia vulgaris *C. B.* parva Anguillaræ Cantabrica *J. B. The lesser round-leaved Bell-flower.* Hæc planta magnitudine & figurâ foliorum insig-

niter variat. Unde Campanulam minorem albam & purpuream *Ger.* ab hac non differre existimo. Folia ima rotunda sunt, quæ in caulibus longa. In montosis & siccioribus. Color floris plurimùm cæruleus, interdum albus.

C. Cannăbis spuria *Park. Ger.* sylvestris quorundam Urticæ inerti affinis *J.B.* Urtica fatua aculeata I. sive aculeata foliis serratis, *C. B. Wild Hemp.* In arvis. Varia floris colore, qui communiter purpureus est, rariùs albus.

Cannăbis spuria flore luteo amplo, labro purpureo. *Fair-flower'd Nettle-Hemp.* Inter segetes, & in fimetis, variis in locis regionum Septentrionalium maximè.

C. Cannăbis sativa *C.B.* mas & fœmina *J. B.* sativa mas & fœmina *Park.* 1, seu mas & 2, seu fœmina *Ger. emac. Hemp the Male and Female, or Winter and Summer Hemp.* Seritur in agris.

N. 1. Semen, si copiosiùs sumatur, extinguit genituram. Lacte decoctum tussi opitulatur. Emulsio seminis ictero prodest; at caput vaporibus replet, & immodicè si estur delirium facit.

2. Herbæ succus instillatus aurium dolores ab obstructione natos sanare traditur; est etiam hic succus certa pernicies insectis interaneis & vulnerum putridorum alumnis. Quæ præterea de Cannabi annotavimus, vide in Catalogo Cantabr. nè eadem hic repetere cogamur.

3. Quòd semen hujus plantæ genituram extinguat, securè nimis prodiderunt medici, cùm è contra potiùs Veneris incentivum sit. Persæ certè in hunc usum non semen tantùm cannabis frigunt, & cum sale commixtum in secundis mensis edunt, sed etiam, herbâ nondum plenè maturâ, folia in umbra siccata & in pulverem redacta, & deinde cum melle in pilulas ovi columbini magnitudine formata, vorare solent, ut refert *Olearius*. Hanc observationem D. *Lister* debeo.

Canna-

Cannabina aquatica, *v.* Eupatorium cannabinum.
Caput gallinaceum Belgarum, *v.* Onobrychis.
Caprifolium, *v.* Periclymenum.

C. Cardamine *Ger.* Naſturtium pratenſe majus, ſive Cardamine latifolia *Park.* prat. I. ſive pratenſe magno flore *C. B.* Iberis Fuchſii ſive Naſturtium pratenſe ſylveſtre *J. B. Ladies-ſmock, Cuckow-flower.* Floret Aprili & Maio. In pratis.

Cardamine impatiens vulgò Sium minus impatiens *Ger.* minimum, *noli me tangere* dictum, ſive impatiens Naſturtii ſylveſtris folio *Park.* Siſymbrii Cardamines ſpecies quædam inſipida *J. B.*? *Impatient Ladies-ſmock or Cuckow-flower. Among the ſtones under the ſcars near wharf, a village ſome three miles diſtant from Settle toward Ingleborough.*

Cardamine impatiens altera hirſutior. Siſymbrium Cardamine hirſutum minus flore albo *J. B.* male imprimitur purpureo, ut patet ex deſcriptione. An Naſturtium aquaticum minimum *C. B.*? *The other impatient Cuckow-flower or Ladies-ſmock. This is very common in ditches and moiſt places, flowering in the beginning of the Spring.* A vulgari impatiente differt, quòd folia hirſutiora & molliora ſordidiùs virent, quòd pauciores habeant pinnulas ad mediam coſtam, eáſque minùs concinnas; quódque caules non adeò rigidi ſint & erecti. Siliquæ tamen longæ, tenues, ſi extremo tangantur, pari modo diſſiliunt. Deſcriptio J. Bauhini in omnibus ſatis convenit huic plantæ, præterquam quòd hujus accidentis non meminerit, ipſi fortè aut non animadverſi aut neglecti: eſt enim & Cardamine vulgari commune.

C. Cardiaca *J. B. Park. Ad. Ger.* Marrubium nigrum I. ſeu Mar. Cardiaca dictum, fortè primum Theophraſti *C. B. Motherwort.* In ſimetis. An ſponte non dixerim, Occurrit certe aliquoties extra hortos.

N. 1. Cordis palpitationi ſeu Cardialgiæ conferre,

argumento est nomen. Ciet urinam & menses, pectus à pituita deterget, & difficulter parientibus opitulatur, unde & *Mother-wort* Anglicè dicitur.

2. Hujus decoctum aut pulvis cum Saccharo mixtus & exhibitus in palpitatione cordis, lienis morbis & affectibus hysterici mirandæ virtutis & efficaciæ medicamentum est. D. *Bowle.*

3. A veterinariis ad bovum & equorum morbos subinde usurpatur, & speciatim in nuperâ quæ apud nos grassabatur equorum peste, magno cum successu exhibita est.

C. Carduus acaulis *Lob.* Chamæleon sive Carlina IV. i. e. Carlina acaulos minore purpureo flore *C.B.* Chamæleon exiguus Tragi *J.B.* Carlina acaulis minor purpureo flore *Ger.emac.* Carl. ac. Septentrionalium *Park. Dwarf Carline-thistle.* In montosis & siccioribus, *as upon Sussex-downs, and in many places of Cambridge-shire, v. g. on the Plain where the Pest-houses stand, &c. plentifully.*

N. 1. Suspicatur *J. B.* hoc genus Cardui esse quod Monachi in Mesuem Coronam fratrum appellant, quia Caput magnum stat tanquam pater seu Abbas; Capitula verò tanquam filii ejus & fratres in modum coronæ patrem circumstant.

2. Carlina (intellige præcipuè acaulon & cauliferam magno flore) alexiph. est & sudorifera: pestis contagia arcet curátque, si tempestivè propinetur. Diuretica quoque est & emmenagoga, hydropicis confert, tineas ventris necat.

3. Philippus Melanchthon cùm cum hypochondriacis doloribus conflictaretur, usu herbæ Chamæleontis eos mitigavit: & hujus remedii efficaciam eum deprædicâsse testatur Camerarius.

C. Carduus lacteus *Matth.* Mariæ *Ger.* Mariæ vulgaris *Park.* Marianus, sive lacteis maculis notatus *J.B.* Silybum sive Carduus lacteus I. i. e. C. albis maculis notatus

tatus vulgaris *C. B.* Leucographis Plinii *Lugd. Milk-thistle, or Ladies-thistle.* Ad agrorum margines, & in aggeribus fossarum.

Carduus Mariæ non maculatus. *Ladies-thistle without spots.* Non alia in re à vulgari differt, quàm quòd maculis careat. *This was shewn me by Mr. George Horsnell near Clarkenwell, London.*

N. 1. Hujus decoctum datur utiliter ad jecinoris & vasorum infarctus, & remorantes urinas: quare confert hydropicis, ictericis ac nephriticis.

2. Aqua è foliis destillata laterum morbo medetur. *Trag.* Semen in emulsionibus crebri est usûs. *Schrod.*

3. Aqua destillata præcipui usûs est in phagedænis, nomis & ulceribus erodentibus; si linteamina probè humectentur aquâ illâ, & ulceribus imponantur.

4. Folia tenera demptis aculeis oleribus non incommodè adduntur.

C. Carduus lanceatus *Ger.* lanceolatus sive syl. Dodonæi *J. B.* lanceatus latifolius sive major *Park.* spinosissimus VI. sive lanceatus latifolius *C. B?* *The common Spear-thistle.* In incultis, & ad sepes.

C. Carduus nutans *J. B.* Cirsion 3 tota sua stirpe magis spinosum *Dod.* An Carduus spinosissimus latifolius sphærocephalus vulgaris *C. B?* *Thistle with a bending head.* In agris incultis, & ad eorum margines. Hic censetur Carduus moschatus *Ger.* Onopyxos tertius Dalechamp. *Lugd.*

C. Carduus polyacanthos primus *Ger. emac.* Aculeosa Gazæ *Ad.* Polyacantha *Tab.* ex sententia Johnsoni. *Thistle upon Thistle.* In aggeribus fossarum, & inter vepres. Flos hujus præcedentis flori similis est, sed multis numeris minor, & interdum etiam nutat, sed leviter.

C. Carduus polyacanthos secundus *Ger. emac.* sylvestris 3 *Dod.* Polyacantha *Lob.* Carduus spinosissimus capitulis

minoribus *P. B. welted thiſtle with ſmall flowers.* In aggeribus foſſarum & locis ruderatis. Horum deſcriptiones quære inter nomina cap. 490. lib. 2. *Ger. emac.* ubi ſatis accuratè ab aliis ſpeciebus diſtinguuntur.

C. Carduus paluſtris *C.B. Park.* caule criſpo *J.B.* polyacanthos 3 *Ger. emac. Marſh-Thiſtle.* Carduus hic ad hominis altitudinem ſæpe attollitur, & flos colore albo ſubinde variat.

C. Carduus ſtellatus *Ger. Dod.* ſtellatus ſive Calcitrapa *J.B.* ſtellatus III. five ſtellatus foliis Papaveris erratici, *C.B. Star-thiſtle.* Juxta vias publicas, & in ſteriliori-bus.

C Carduus tomentoſus Corona fratrum dictus *Park.* capite tomentoſo *J.B.* ubi plena & accurata habetur deſcriptio. Card. eriocephalus *Ger emac.* Card. ſphærocephalus V. five Card. capite rotundo tomentoſo *C.B. Woolly-headed Thiſtle.* In montoſis & interdum etiam campeſtribus, ſed rariùs. *In many Cloſes about Madingly-wood, Childerley, Kingſton, &c. in Cambridgeſhire.*

N. Hujus capitula antequam flores explicantur aquâ decoquunt nonnulli, cùmque butyro ac pipere cinararum more eſitant & in deliciis habent.

C. Carduus vulgatiſſimus viarum *Ger.* ceanothos, ſive viarum & vinearum repens *Park.* vinearum repens folio Sonchi *C.B.* ſerpens lævicaulis *J.B. Common Way-thiſtle, or creeping-thiſtle.* Ubique ſecus vias, & in arvis nimis frequens.

N. 1. Cardui plerique omnes floris colore variant, præcipuè verò Carduus paluſtris & Card. viarum vulgatiſſimus.

2. Cardui cujuſcunque ſemen diureticum eſt.

C. Carlina ſylveſtris *Dod. J. B. Ger.* item & *Park.* quoad deſcriptionem & locum. Nam figura Parkinſoni inepte tranſlumpta eſt è Lobelii Obſerv. eſtque Cardui vulga-

vulgatiſſimi viarum. Figuræ quippe Carlinæ ſylveſtris & Cardui viarum vulgatiſſimi apud Lobelium in Obſ. tranſpoſitæ ſunt. Cnicus ſylveſtris ſpinoſior *C. B. The common wild Carline-thiſtle.*

N. Carlinæ ſylveſtris duæ ſpecies habentur; Una radice eſt perenni, caule multiplici, rubente, glabro; florum ſtaminibus aureis; quæ in Gallia Narbonenſi, Italia & Sicilia non procul à mari copioſè provenit, cujus figura habetur apud Cluſium & Gerardum ſub titulo Carlinæ ſylv. majoris. Altera annua eſt, caule ſingulari hirſuto, florum ſtaminibus fuſcis, quæ paſſim habetur in ſiccioribus paſcuis, non in Anglia duntaxat, ſed in omnibus quas luſtravi regionibus. Hujus figura habetur apud Dodonæum & J. Bauhinum. Quinetiam deſcriptio Dodonæi & locus conveniunt. Bauhini deſcriptio in floris colore nonnihil aberrat. Has duas ſpecies Botanici hactenus non ſatis diſtinxerunt, unde orta eſt obſcuritas & confuſio.

Carpinus, *v.* Betulus.

C. Carum ſive Careum *Ger.* Carum vulgare *Park.* Caros *J. B.* Cuminum pratenſe, Carui officinarum *C. B. Carawaies. In the Fens in Lincolnſhire, and in the low paſtures about Hull in Yorkſhire plentifully: alſo in Jeſus Colledge cloſes, &c. at Cambridge.*

N Semen ſtomachicum eſt ac diureticum, ſiquidem flatus diſcutit, concoctionem promovet, urinam ciet, cerebrum corroborat. Hinc uſus ejus inſignis in colica, vertigine, &c. Culinæ ad plurimos uſus inſervit: nam & panibus compinſitur, & caſeis adjicitur [in Germania] juſculis & placentis aliiſque ferculis incoquitur, & in officinis Saccharo obducitur. Radix dum adhuc tenera eſt non minùs efficax habetur quam ſemen, éſtque caro ejus in cibis ipsâ etiam paſtinacâ jucundior & delicatior, teſte Parkinſono.

C. Caryophyllāta *Ger. Dod.* vulgaris *Park. C. B.* vulgaris flore parvo luteo *J. B.* Geum *Tur.* Herba benedicta

Brunf. Sanamunda vulgò, Barbaris Avancia. *Avens, Herb-bennet.* Ad ſepes.

N.1. Subaſtringit, roborat, diſcutit; cephalica ac Cardiaca eſt, venenis adverſatur. Uſus præcip. interne in catarrhis exiccandis, ſanguine coagulato reſolvendo. *Schrod.*

2. Vinum in quo infunditur radix, optimo & jucundiſſimo odore ac ſapore commendatur; cor exhilarat, & obſtructiones reſerat. *Trag.*

3. Rad. infuſa Cereviſiæ ſummum tenet in roborandis articulis & viſceribus. D. *Hulſe.*

4. Radicis ℥ii. aut Herbæ integræ manipulus i. in Aq. font. aut Zythogali ℔ ii. decoctæ ad ½ conſumptionem, ad Febres intermittentes, præſertim tertianas duabus horis ante paroxyſmum, vel etiam in ipſo paroxyſmo optimo cum ſucceſſu propinari ſolet. D. *Hulſe.*

C. Caryophyllāta flore majore *C.B. Avens with a large flower. We found this in our Gardens at Cambridge, which we had brought out of the neighbour-fields, but do not particularly remember the place: alſo in Tedford-wood in the Wolds Lincolnſhire.*

Caryophyllāta montana purpurea *Ger. emac. Park.* aquatica nutante flore *C. B.* aquat. flore rubro ſtriato *J. B. Purple mountain Avens.* In Weſtmorlandia & Eboracenſis Comitatûs Occidentalibus montoſis, v.g. circa *Settle, Ingleton*, &c. frequentiſſima: inveni & in Cambriæ montoſis circa *Snowdon*, &c. nuper etiam in Com. Warwicenſi.

Caryophyllus marinus minimus *Ger. Lob.* montanus minor *C.B.* Caryophylleus flos aphyllocaulos vel junceus minor *J.B.* Gramen marinum minus *Park. Tab. Thriſt or Sea-July-flower.* In maritimis tum paluſtribus tum ſcopulis frequentiſſimus. Hujus varietatem majorem obſervavi in Mediterraneis propè Moguntiam Germaniæ urbem, unde & C. Bauhinus non ſine ratione eum montanum denominat, quamvis apud nos nullibi quod

quod sciam in Mediterraneis habeatur, sed perpetuò juxta mare, aut in paluſtribus ſalſis.

C. Caryophyllus Virgineus *Ger.* ſylveſtris humilis flore unico *C. B.* ſed perperàm *flore unico* addit, ſi noſtrum intelligit, qui duos aut tres vel etiam plures in ſingulis caulibus flores gerit. Betonica coronaria ſive Caryophyllea repens rubra *J. B. Maiden Pinks. On Sandy hills in Bedfordſhire; alſo on a little hill or brow whereon Furze grows, next to Juniper-hill, on Hilderſham-ſide in Cambridge-ſhire, and in other places. Mr. G. Horſnell gathered it on a little hill near Slough, about a mile and half from Windſor, called Mantham hill. I find this to be the ſame Pink which groweth ſo plentifully by the roads ſide on the ſandy hill you aſcend going from Lenton to Notingham. The ſame alſo Mr. F. Willughby obſerved near Bridge-north in Shropſhire.* Floret Junio & Julio.

Caſtanea *J. B. Ger. Dod. Ad.* vulgaris *Park.* ſylveſtris, quæ peculiariter Caſtanea *C. B. The Cheſnut-tree. I have obſerved it in ſome Woods about Sittingburn in Kent, and near Woburn in Bedfordſhire; whether ſpontaneous, or planted at the firſt, I cannot determine.*

N. 1. Interior membrana rubens, quæ corticem fructúmque diſcernit, ex vino auſtero pota duarum drachmarum pondere, ſiſtit valenter immodicos omnes alvi fluores & ſanguinis rejectiones. Quinetiam cum pari pondere ramentorum eboris, alba fœminarum profluvia cohibet.

2. Ex farina caſtanearum cum melle fit electuarium adversùs tuſſim & ſanguinis ſputum. *Dod.*

3. Emulſio caſtanearum cum decocto Glycyrrhizæ extracta, addito pauxillo ſeminum papaveris, confert iis qui ardore urinæ laborant. *Cam.*

4. Toſtæ ſub cineribus aut in ſartagine donec molles evadant, non ingratum cibum præbent. Certè in mulris Italiæ locis, ruſtici & agricolæ caſtaneis freſs ſe ſuóſque plurimùm ſuſtentant: Urbani verò & lauti-

res,

res, decorticatas cum ſucco arantiorum aut limonum & tantillo ſacchari, menſis ſecundis adjiciunt. Sunt tamen flatulentæ, ventriculo & capiti inimicæ, viſcerum infarctibus opportunæ; colico dolori obnoxiis & iis qui ad calculum proclives ſunt, minùs commodæ, imò noxiæ.

C. Catanance leguminoſa quorundam *J. B.* Ervum ſylveſtre *Ger. Dod.* ſylv. ſive Catanance *Park.* Lathyrus V. ſive ſylveſtris minor *C. B. Crimſon-graſs-Vetch. I have found it in many places, as in the buſhes about Pancras-Church near London, at Black-Notley in Eſſex, Hadnam in the Iſle of Ely, in Kent, Suſſex, and elſewhere.* In marginibus agrorum Maio & Junio floret.

C. Caucălis Anglica flore rubente *Park.* Lappula canaria latifolia ſive Caucalis *J. B.* Lappa boaria Plinii *Lugd.* An Caucalis flore rubro folio latiore *Lob?* altera purpuraſcens foliis latioribus & craſſioribus [caucalide candida] ſemine etiam majore *Ad.* An Caucalis rubello flore *Cluſ. hiſt?* Certè tum Lobelius, tum Cluſius hanc deſcribere videntur. An Caucalis Apii foliis, flore rubro *Ger?* Verùm neque hujus neque Parkinſoni figura placet. C. Bauhinus ex hac ſpecie duas facere videtur, nimirum Caucalin lato Apii folio, & Cau. Monſpeliacam echinato magno fructu. *Purple-flowred great haſtard Parſley.* In agro Cantabrigienſi inter ſegetes, & alibi.

C. Caucălis minor floſculis rubentibus *Ger. emac.* minor flore rubente *Park.* An Caucalis 7. ſive ſemine aſpero, floſculis rubentibus *C. B?* Anthriſcus quorundam ſemine aſpero hiſpido *J. B. Hedge-Parſley.* In dumetis, & ad ſepes. Julio & Auguſto floret, ſeménque maturat.

C. Caucălis ſegetum minor Anthriſco hiſpido ſimilis. *Small Corn-Parſley.* Hæ duæ Plantæ proximè dictæ, quamvis inter ſe admodum ſimiles ſunt, in nonnullis tamen manifeſtè differunt. Primò illa procerior eſt, quippe quæ ad bicubitalem altitudinem non rarò aſcen-

ascendit; hæc humilior, quæ pedem aut certè cubitum unum vix unquam excedit. 2. Illa erectior est & internodiis longioribus; hæc tortuosa & sparsa, geniculis frequentioribus. 3. Illius caulis propè terram hirsutior est quàm hujus. 4. Illius flosculi albi vel etiam dilutè rubentes 5 foliolis constant, æqualis ferè magnitudinis, & stamina continent purpureis apiculis capitata, cùm hujus flosculi ad luteum vergentes duo petala exteriora interioribus manifestò ampliora obtineant, apicibus autem albis staminula coronantur. 5. Hujus semina multò ampliora sunt, apiculis in summitate viridibus; illius longè fragrantiora magisque aromatica, coloris obscurioris, apiculis purpureis. Denique illam extra sepes & vepreta haud temerè apud nos invenies; hanc in sepibus nunquam, plerunque inter segetes: *whence Mr. Goodyer called this, Caucalis pumila segetum.*

C. Caucälis nodosa echinato semine *C.B. Ger. emac. Park.* nodosa echinato semine, Anthrisco hispido affinis, si non ejus varietas *J.B.* At falsus est J. Bauhinus, multùm enim abludit ab Anthrisco hispido. *Knotted Parsley.* Ad agrorum margines, & in aggeribus terrenis.

C. Caucälis tenuifolia flosculis subrubentibus *C.C.* Lappula canaria flore minore sive tenuifolia *J. B.* illius tamen seminum spinulæ purpureæ sunt, cùm nostræ albæ. *Fine-leaved bastard Parsley, with small blush-coloured flowers.* Inter segetes in agro Cantabrigiensi & alibi, sed rariùs. Inveni in transmarinis circa Genevam & hanc & ejus varietatem spinulis purpureis quam describit J. Bauhinus.

C. Centaurium luteum perfoliatum *C.B. Cam. Park.* parvum luteum *Ger.* Perfoliatum Centaurium luteum *J. B. Yellow Centory.* In montosis & siccioribus pratis & pascuis. Cùm hæc vox [Centaurium] Græcè scribatur vel κενταύρειον cum dipthongo, vel κενταύριον cum simplici iota, penultima vel produci potest vel corripi: hinc Lucretius

Abro-

Abrotanique graves & triſtia Centauria.

Centaurium paluſtre luteum minimum. *The leaſt yellow Marſh-Centory.* Hæc planta versùs extrema Cornubiæ in ſolo putrido & lacuſtri provenit, necdum quod equidem ſciam deſcripta eſt. Radix ei alba, lignoſa, ſimplex, nonnunquam fibris majoribus donata. Folia ad radicem parva, anguſta, oblonga. Caulis trium circiter digitorum altitudine aſſurgit, nunc ſimplex, nunc multiplex, ramoſus: ad cujus ſingula genicula duo ex adverſo foliola anguſta acuta. Flores in ſummitatibus ramulorum longis pediculis ſubnixi, lutei, exigui, ferè ſemper clauſi, quinque foliolis (quantum deprehendere licuit) mihi viſi ſunt componi. Vaſculum ſeminale figuræ ellipticæ, per maturitatem in duas carinas dehiſcit, & ſemen effundit minutiſſimum, ſubrotundum, ex ruſſo nigricans. Totius herbulæ ſapor amarus. Perfecto ſemine radicitùs exareſcit.

C. Centaurium minus *C. B.* minus vulgare *Park.* minus flore purpureo & albo *J. B.* parvum *Ger.* Gentiana hydropica *Catal. Altd. Small Purple Centory.* Variat floris colore.

N. 1. Galenus ob ingentes miráſque hujus plantæ facultates, de ea & ipſius viribus integrum librum conſcripſit.

2. Splenericum eſt & hepaticum, amarum citra mordacitatem, undè & leviter aſtringens, extergens, aperiens, vulnerarium. Utile eſt in ictero, menſibus ſuppreſſis, ſcorbuto, arthritide, lumbricis, & ſpecificè in morſu canis rabidi. *Schrod.*

3. Datur ejus decoctum utiliter tertianariis, quòd bilem per inferna dejicere dicatur, quo factum eſt ut quidam hanc plantam febrifugam vocaverint.

4. Herbæ comæque decoctum lentigines, varos, alphos,

alphos,& cæteras cutis infectiones exterit. In Hetruria *Biondella* nuncupatur, quoniam extergendis dealbandisque mulierum capillis ex lixivio plurimùm præstat. *Matth.*

5. Cæterùm quod Dioscorides, & post eum Galenus,eósque secuti ferè omnes Botanici scribant, bilem & pituitosos humores per alvum educere, ischiadicisque infundi decoctum (inquit Dodonæus) tametsi frequenter & feliciter hoc usi, per alvum tamen expurgationem ullam facere observare non potuimus, &c.

6. Novi hominem qui pro desperato relictus importuno usu Centaurii in potulentis, & hausto decoctionis fortis in vino omni mane,ab ictero convaluit. D. *Bates*,in M.S.

7. Hortense solum respuit, nec hortis quamcunque adhibueris curam assuescit. *J.Bod.lib.*2. *c.*2. *p.*87. & iterum *lib.* 9. *c.*9. *p.* 1045. Illud experientiâ didici, Centaurium in hortos translatum eodem perire anno, nec unquam ex semine renasci.

Cerăsus avium nigra & racemosa *Ger.* racemosa fructu non eduli *C. B.* racemosa quibusdam, aliis Padus *J. B.* Cerasus avium racemosa *Park.* qui distinguit hanc à Cerasο racemosa putida Pado Theophrasto dicta; quin & Clusium & C. Bauhinum reprehendit, quòd has species confuderint. Consule sis Parkinsonum & *C.B. Birds Cherry.* In Westmorlandia & Occidentali montosa Comitatûs Eboracensis parte copiosè: Vidimus & in Derbiæ sylvis montosis.

C. Cerăsus sylvestris fructu rubro *J B.Common wild Cherry.* In sylvis & sepibus non rarò: fortè ex ossiculis cerasorum hortensium ab avibus eò delatis. Aiunt enim Plinius & Athenæus, cerasa à Lucullo primùm in Italiam advecta è Cerasunte oppido Ponti. Mihi tamen vix persuaserint ante id tempus Cerasos, saltem sylvestres,in Europa fuisse nullas.

Cerăsus

Cerăſus ſylveſtris fructu nigo J.B. major ac ſylveſt. fructu ſubdulci, nigro colore inficiente C. B. *The black Cherry-tree.*

Cerăſus ſylveſtris ſeptentrionalis fructu parvo ſerotino. *The wild Northern Cherry-tree with ſmall late-ripe fruit.* Ad ripas fluvii Teſæ propè *Bernard caſtle* oppidum copioſè. D. *Johnſon.* Materies Ceraſi nigræ ſimilis. Caudex in inſignem magnitudinem excreſcit, adeò ut orgyiam nonnunquam ſeu duas ulnas ambitu excedat. Folia quàm Ceraſi nigræ longiora latioráque, & acutioribus denticulis inciſa. Fructus parvus, rotundus ruber, quique ante initium Septembris plenam maturitatem non aſſequitur, quamvis arbor cum primis ſui generis vere floreat, tunc quoque adeò acerbus, ut edendo vix ſit. Olſicula ſata promptè germinant, quæque inde emergunt virgæ ſeu arbuſculæ Ceraſis hortenſibus inſerendis aptiſſimæ cenſentur; ſurculis in arbores proceras celeri auctu adoleſcentibus, fructus etiam præcoces & guſtui gratos edentibus.

N. 1. Recentia alvum laxant, ſicca reſtringunt. Item dulcia alvum ſubducunt, ſed minùs grata ſunt ſtomacho; acida & auſtera pituitoſis excrementoſiſque ventriculis ſunt apta, ſed aſtringunt.

2. Aqua acidorum ſtillatitia, ut & ceraſa ipſa, in intinctibus febrilem ardorem compeſcunt, ſitim extinguunt, & cibi appetentiam conciliant.

3. Ceraſa dulcia in morbis capitis, Apoplexiâ, Epilepſiâ, Paralyſi, &c. peculiariter proficua cenſentur.

4. Oleum è nucleis Ceraſorum per expreſſionem maculas & lentigines aufert; utile quoque eſt Arthritidi & calculo renum ac veſicæ. Quin & gummi Ceraſi celebratur vi lithontripticâ.

5. Ceraſa nigra eorúmque aqua ſtillatitia, à matronis noſtris

noſtris valdè celebrantur adversùs motus convulſivos, præcipuè infantum.

6. Videmus paſſeres qui plurimùm ceraſis delectantur, quo tempore ceraſa matura ſunt, longè majora habere hepata quàm aliàs. *Arnold. Villanov.*

C. Cerefolium ſylveſtre *Ger.* Chærophyllum ſylveſtre *C.B.* Anthriſcus Plinii quibuſdam ſemine longo Cicutariæ vel Chærophylli, *J. B. Common wild Chervil.* Caulis medullâ repletus cavitatem non habet. Ad ſepes.

N. 1. Chærophyllum [ſativum præcipuè] calf. & ficc. partium tenuium eſt, diureticum, emmenagogum & lithontripticum: ſanguinem coagulatum reſolvit, ſominum ſuaviter inducit. *Schrod.*

2. Extrinſecùs usùs inſignis eſt in dolore colico, in urina retenta [impoſit. in cataplaſm.] omnes tumores & concretos ſanguinis grumos diſcutit, non aliter ac ſigillum Solomonis. Præcipuè commendatur ad tumores & duritiem mammarum.

C. Chamæciſtus vulgaris flore luteo *C.B.* Helianthemum *Lob.* vulgare *Park.* vulgare flore luteo *J. B.* Helianthemum Anglicum luteum *Ger. Dwarf-Ciſtus, Little Sun-flower.* In montoſis cretaceis & ſcciioribus, *as all about Gogmagog-hills, Newmarket-heath,* &c.

N. 1. Vulneraria eſt & aſtringens hæc planta; undè in ſputo ſanguinis, alvi profluvio, uvulâ (& ut numero dicam) omnibus affectibus quibus fluxus nimius conjunctus eſt, Symphyti aliarúmque Conſolidarum more uſurpari poteſt. *J. B.* Hinc *Panax Chironium* nonnullis credita eſt, & Herbariorum Germanicorum vulgo *Conſolida aurea* dicta.

2. Variat hæc planta interdum floris colore, ſed rariſſimè.

C. Chamæ-

C. Chamædrys ſylveſtris *Ger.* ſpuria ſylv. *Park.* ſpuria latifolia ſive fœmina *J. B.* XV. ſive ſpuria minor rotundifolia *C. B. Wild Germander.* In paſcuis. Vere floret. Hæc à flore & vaſculo ſeminali Veronicæ potiùs quàm Chamædryos ſpecies cenſenda eſt.

N. Caloris & ſiccitatis cum amaritudine participem eſſe, ac Tuſſi, incipienti Hydropi, indurato lieni, ſtranguriæ, viſcerum obſtructionibus, cacochymiæ & virginum fœdis coloribus conferre tradunt Tragus, Lobelius & Dodonæus. *J. B.*

Chamædrys ſpuria foliis pediculis oblongis inſidentibus. An Chamædry ſpuriæ affinis rotundifolia ſcutellata *C. B?* Alyſſon Dioſcoridis montanum *Col. Wild Germander, with leaves ſtanding on long foot-ſtalks.* In ſylvis humidis, & ad ſepes ſolo humido, ſed rariùs.

N. 1. Chamædryn vulgarem ſeu ſativam, quamvis aliquoties invenimus in marginibus agrorum ſatis remotam ab aliquo ædificio, ſponte tamen provenire non audemus aſſerere.

2. Chamædrys [de ſativa intellige] tenuium eſt partium, potenter urinam ac ſudorem movet. Hinc confert in febribus, ſcorbuto, ſanguine coagulato, ac inprimis in arthritide, ictero, & urina ſuppreſſa. Arcanum antipodagricum Carolo V. Imperat. à medicis Genuenſibus olim commendatum. *Cat. Altd.*

3. Extrinſecùs adhibetur in ulceribus ſerpentibus, in dolore hæmorrhoidum, in ſcabie ac pruritu, in catarrhis exiccandis.

4. Apud noſtrates mulierculas in menſium ſuppreſſione decoctum ejus usûs eſt creberrimi. Hæc planta in agro Cantabrigienſi *English Treacle* dicitur.

5. Quidam celebris ob Scrophularum curationem exhibebat decoctionem Chamædryos in vini albi lib. ii. ad lib. i. conſumptionem, Doſ. coch. vi. mane & veſperi,

veſperi, per menſis ſpatium: quo non proficiente exhibebat infuſionem Roris marini & Linguæ cervinæ *ana* m. i. in vini albi lib. iiii. per horas 24; & ſumebat æger cochlearia 8 bis indies, quo decocto fovebat etiam partes tumentes. D. *Hulſe* è MS. nondum edito.

Chamæmēlum *Ger.* vulgare *Park.* vulgare leucanthemum Dioſcoridis *C.B.* odoratiſſimum repens flore ſimplici *J.B. Common Camomile.* In paſcuis uliginoſis. *In Cornwall it is ſo plentiful, that you may ſent it all along as you ride.* Reperitur aliquando flore nudo, *as in Tuthill-fields by weſtminſter.*

N. 1. Digerit, laxat, mollit, mitigat dolorem, menſes & urinam ciet; eapropter usûs inſignis eſt in dolore colico, in cruciatibus ſpaſmi flatulenti, & convulſionibus.

2. Inter omnes plantas quotquot in balnea contra calculum recipiuntur, nihil floribus Chamæmeli efficacius.

3. Extrinſecus ejus uſus eſt in paregoricis, emollientibus, maturantibus cataplaſmatis, clyſteribus, &c. *Schrod.*

4. Oleum chamæmelinum tumores duros emollit & diſſipat, dolores ſedat, &c.

5. Chamæmelum nobile (i.e. vulgare noſtras) potentiùs calefacit ac attenuat: digerit etiam & rarefacit; remiſſiùs verò emollit ac dolores mitigat. *J.B.*

6. Nonnulli adversùs calculum ejus decoctum propinant. Quidam nephriticus qui poſt multa remedia incaſsùm adhibita, morbum indies exacerbari ſenſit, ex ſequenti remedio inſigne levamen percepit. Recipiebam florum chamæmeli vulg. m. ii. quibus affundebam Vini Rhenani lib. ii. pond. civilis. Sinebam illa digeri in cineribus calidis per 2 horas. Poſtea fortiter exprimebam infuſum colandum & aliis novis manipulis Chamæmeli affundendum, & unà

iterum per duas horas digerendum itémque tertia vice eandem enchirefin esse iterandam: At infusum non diutiùs tandem esse coquendum percipiebam antequam ultimo colaretur quàm Asparagos aut Pisces coquimus. Observandum hoc ipsum decoctum adeò reddi salsum à sale suo volatili, ut jurare quis ausit pugillos aliquot salis culinarii in eo esse liquefactos. Hujus ergo Decocti 2 vel 3 coch. remiscebam haustulo Vini calidi, & illi propinabam: A cujus medicamenti simplicissimi usu, Deo benedicente, non solùm gravissima recensita symptomata mitigabantur; sed quoque laxatis sensim eo ureteribus, citra insignem molestiam aliquot calculi ex renibus in vesicam detrusi excernebantur. Post in aliquammultis probavi, qui insigne levamen senserunt, præcipuè si in balneo considerent. *Simon Paullus.* Notatu dignum est quod scribit de insigni salsedine quam aqua exteratis infusionibus contraxit.

7. Succi Chamæmeli cochlearia duo vel tria cum guttulis aliquot spiritûs vitrioli in jusculo exhibitus in febre quacunque intermittente, paulò ante accessum, instantem paroxysmum plerunque avertit & aufert.

Chamæmōrus *Ger. Clus.* Anglica *Park.* foliis Ribes Anglica *C.B.* Rubo Idæo minori affinis Chamæmorus *J.B. Knot-berry, or Knout-berry-bush.* Hanc plantam non diversam esse puto à Chamæmoro Cambrobritannica sive Lancastrenfi vaccinio nubis *Park.* quamvis ille novam ejus figuram dederit, à Chamæmori Clusiani figura longè diversam. Johnsonus certè aliique periti Botanici, quibus & nos suffragamur, Chamæmorum *Ger.* eandem statuunt cum Vaccinio nubis *ejusdem.* Ipse etiam in summitatibus montium *Pendle* & *Ingleborough*, vaccinium nubis sedulò quæsivi, nec tamen aliam inveni plantam quàm Chamæmorum Clusii. Anno 1668. circa finem Julii, in summitate cujusdam montis *Hinckel-haugh* dicti, tribus circiter mil-

milliaribus ab oppido Eboracensis agri *Settle* ad Orientem remoti, copiosum cum fructu maturo inveni. Fructus autem figurâ suâ Rubi Idæi mora æmulatur, in eo diversus, quòd singulares acini nonnihil majores sint. Color ejus ante plenam maturitatem, præcipuè parte soli obversâ, ruber; cùm jam perfectè maturuit, è rubro in flavum paulatim degenerat; gustus quoque ex acerbo in dulcem & mihi quidem gratissimum mutatur.

N. Huic Chamæmoro valdè affinis est, si non eadem, Cham. Norwegica prima *Clus.* De cujus viribus in Scorbuto similibúsque morbis perfanandis *v. Clushist.* Lepidum inprimis & ridiculum Scorbuti sanandi modum ex Hoieri epistola refert. Norvegi sc. Scorbuticos in vicinam aliquam insulam moris abundantem exponunt, ibidémque solos relictos domum non transferunt donec sanitati sunt restituti. Tum enim illi quasi ab omni humanitate excluſi, vitæ tamen (quod credibile est) cupidi, moris istis vesci coguntur, sive ut extremo remedio promissam sanitatem recuperare tentent, sive ut sitim, quâ ut plurimum torquentur, extinguant. Dúmque hoc ad satietatem agunt, sine dubio intra paucos dies oppidò convalescunt. Verùm hoc æstate duntaxat fieri potest, &c. vide.

Chamæpericlymĕnum *Park. Ger.* Periclymenum 3 sive humile *C. B.* Periclymenum parvum Prutenicum Clusii *J. B. The Dwarf Honey-suckle. At the North-west end of the highest of Cheviot hills, among the rocks on the west-side, plentifully.* Cum Periclymeno nihil habet similitudinis, ideoque malè inscribitur Chamæpericlymenum. Flos ei albus, quadrifolius.

C. Chamæpĭtys vulgaris *Park.* vulgaris odorata flore luteo *J. B.* 3, i.e. lutea vulgaris, sive folio trifido *C. B.* mas *Ger.* Iva arthritica *Offic.* Ajuga sive Chamæpitys mas Dioscoridis *Lob. Common Ground-pine.* In agris restib. sed rariùs. *As on the Layes about the*

borders of Triplow-heath in Cambridge-ſhire, and in ſeveral places in Kent, near Rocheſter, Darford, &c.

N. 1. Nervoſum genus roborat, incidit, aperit, diuretica eſt & emmenagoga; confert in arthriticis doloribus. Decocta in vino, vel in pulverem redacta, & cum Hermodactylis & Terebinthina Veneta in pilulas compoſita, in frequenti apud nos uſu eſt adverſus podagram. J. Bauhinus ab Hermodactylis cavendum monet.

2. Menſes movet, fœtum mortuum & ſecundinas expellit; idque adeò potenter, ut uſus ejus in utero geſtantibus omninò interdicatur, quoniam abortum facit. *Park.*

C. Chelidonium majus *Ger.* majus vulgare *Park.* *C.B.* Chelidonia *J. B. The greater Celandine.* In locis ruderatis & aſperis umbroſis.

N. 1. Cal. ficc. 3. bilem per alvum & urinam educit, viſum acuit. Hinc conducit in ictero, [ſyrupus è ſucco cum toto] obſtructione hepatis, lienis & ureterum.

2. Extrinſecùs oculorum imbecillitati, ulceribus, cæteriſque affectibus medetur vel aqua ſtillatitia, vel etiam ſuccus: verùm hic cùm acerrimus ſit, adhibendus non eſt niſi iis additis quæ acrimoniam ejus retundant. *Schrod. J. B.* Succi hujus magna quantitas ingreditur compoſitionem *aquæ mirabilis*, ut vocant.

3. Succus herbæ illitus Herpetem miliarem efficaciter compeſcit & ſanat. *D. Hulſe.*

C. Chelidonium minus *Ger. Park.* Chelidonia minor 2, ſive rotundifolia minor *C.B.* Scrophularia minor, ſive Chelidonium minus vulgò dictum *J. B. Pilewort, the leſſer Celandine.* In pratis, & ad ſepes. Primo vere exit, & Aprili, nonnunquam etiam Martio florere incipit; umbrâ gaudet.

N. 1. Veteres Chelidonio ſuo minori inſignem attribuunt acrimoniam, cujus noſtrum particeps non eſt,

&

& proinde haudquaquam confert iis morbis quibus Chelidonium Veterum.

2. Refrigerat & humectat. Usus præcip. in ictero, scorbuto, hæmorrhoidum fluore. Extrinsecùs specificè marisças sive ficos ani curat, dentiúmque putredini maximopere subvenit. *Schrod.*

C. Chondrilla viscosa humilis *C. B. Park. Ger. emac. Dwarf Gum-Succory.* Hæc illa est quam in *Cat. Cant.* sub titulo Lactucæ sylvestris minimæ dedimus, & tum nondum descriptam putavimus. *On a bank and in a ditch, by the side of a small lane or drove, leading from London-road to Cambridge-river, just at the water or brook crossing the road, about one quarter of a mile from the Spittle-house-end. Tho. Willisell hath since found it about Pancras-church near London.* Alibi in Anglia eam nondum invenimus, at in transmarinis circa Monspelium, & alibi non semel. Johnsonus apud Gerardum asserit hanc in aliquibus hujus Regni locis inveniri, quæ tamen non meminit.

Christophoriana *Ger.* vulgaris *Park.* Aconitum racemosum, Actæa quibusdam *J. B.* racemosum, an Actæa Plinii lib. 27. cap. 7. *C. B. Herb Christopher or Bane-berries. Mr. Witham shewed me this growing in Haselwood-woods, near Sir Walter Vavasours Park-pale in York-shire, but not plentifully. In Westmorland I heard nothing of it.*

C. Chrysanthemum segetum *Ger. emac.* segetum nostras *Park.* folio minùs secto glauco *J. B.* Bellis lutea foliis profundè incisis major *C. B. Corn-Marigold.* Segetes frigidiorum tractuum hoc scatent, regionibus æstuosis rarius est, nec ullus ejus in medicina usus quod sciam.

C. Cichoreum sylvestre *Ger. emac. Park.* II. i.e. sylvestre sive Officinarum *C. B.* Seris picris Dioscoridis, Cichoria Theophrasti, Intybum erraticum Plinii *ejusdem.* Cichorium sylvestre & sativum *J. B.* qui asserit Cichorium sylvestre non differre à sativo nisi culturâ,

& sativum si non colatur fieri sylvestre. *Wild-Succory*, Ad agrorum margines. Flos communiter cæruleus rariùs albus. Horatius hujus vocis [Cichorei] penultimam producit, *Me cichorea levésque malvæ*. Nam cùm Græcè variè scribatur, vel κιχόριον cum diphthongo, vel κιχώριον cum simplici ι, Latinè etiam variè potest efferri, penultimâ vel productâ, vel correptâ.

N. 1. Plerisque autoribus frigidum censetur, verùm sapor amarus caliditatem arguit. Diureticum est, attenuat, abstergit. Usus præcip. in hepatis obstructione & febribus. *Schrod.*

2. Aqua è floribus cæruleis destillata, inflammationibus & caligini oculorum imposita, potenter remedium affert.

3. Folia cocta & aceto comesta gonorrhœam reprimunt. *Matth.*

4. Flos hujus plantæ ad Solis ortum & occasum sese pandit & recludit, sive sudum, sive nubilum fuerit cœlum. *Trag.*

5 Rad. Cichorei, cort. median. Sambuci, virgult. Dulcamaræ, Absinth. & rad. Lapathi acuti egregium euporiston in hydrope, obstructionibus & flatulentia præbent. D. *Bowle.*

Cichoreum luteum *v.* Hieracium asperum.

C. Cicūta *Lob. Ger.* I. sive major *C. B.* vulgaris major *Park.* Cicuta Veteribus & Neotericis *J. B. Hemlock.* In aggeribus terrenis, ad fossas, &c.

N. 1. Summè frigida & venenata censetur, & Socratis supplicio odiosa. Nihilominùs frequens ejus usus modernis est in tumore ac inflammatione lienis. Succus emplastro splenico incoctus extrinsecùs adhibetur. *Schrod.* Verùm peritiores Medici Cicutam calidam esse affirmant, & minimè frigidam. Extrinsecùs usurpata anodyna est: tumores duros & ganglia potenter discutit in cataplasmatis, vel in emplastro de cicuta cum Ammoniaco. D. *Needham.*

2. Pulvis

2. Pulvis radicum ad grana 20 in febribus malignis vel Quartana ante paroxysmum exhibitus omnibus quæ ego unquam expertus sum diaphoreticis antecellit. D. *Bowle.*

C. Cicutaria fatua *Lob.* tenuifolia *Ger.* Cicuta minor sive fatua *Park.* minor, Petroselino similis *C.B.* Cicutaria Apii folio *J.B.* *The lesser Hemlock or Fools Parsley.* In hortis oleraceis.

C. Cicutaria palustris *Lob. Ger.* palustris tenuifolia *Park. C.B.* Phellandrium vel Cicutaria aquatica quorundam *J. B.* *Marsh or Water-Hemlock.* In aquis cœnosis & rivis pigrioribus.

C. Cicutaria vulgaris *J.B.* Myrrhis sylvestris *Park.* sylv. 3, sive sylvestris seminibus lævibus *C. B.* Cicutaria alba Lugdunensis & Cicutaria palustris Camerarii *Ger.* sed perperàm meâ sententiâ. *Wild Cicely.* In pomariis, & pastim sub arboribus. *In some places they call this Cow-weed, and in the Spring-time give it to their Kine, which greedily eat it.*

N. Duas familias novimus Montbelgardi (inquit Joh. Bauh.) quæ existimantes se colligere Pastinacas Germanicas, hyemali tempore has forte fortunâ offenderunt foliis destitutas, [hæ nempe Pastinacis similiores sunt quàm Cicutæ radicibus] ex quarum esu licèt pauco, inciderunt in grandia symptomata suffocationis, torporem ac insaniam, ita ut ebrios veriùs exprimerent. Curavit hos vomitu, pulvere Saxonico, &c. vide *Tom.* 3. *lib.* 27. *pag.* 181. At nostrates asserunt Pastinacas ipsas vetustiores torporem hunc & delirium inducere, unde eas *Mad neppes* vocant.

C. Circæa Lutetiana *Lob. Ger.* Lutetiana major *Park.* Solanifolia Circæa dicta major *C.B.* Ocymastrum verrucarium *J.B.* Herba D. Stephani *Tab. Enchanters Nightshade.* In umbrosis humidis. Huic plantæ soli, ex omnibus quas ego hactenus vidi aut novi, natura florem bifolium dedit. Fabius Columna duas præterea me-

minit flore bifolio, nimirum Hypecoon legitimum *Clus.* seu Cuminum siliquosum *Matth.* cui tamen Clusius florem hexaphyllum tribuit; & Alsines facie novam plantam, à se in Phytobasano descriptam.

C. Cirsium Anglicum *Lob. Ger. emac.* Anglicum primum *Park.* Anglicum radice Hellebori nigri modo fibrosa, folio longo *J. B.* Cirsium IV. sive majus singulari capitulo magno, vel incanum variè dissectum *C. B. The English soft or gentle Thistle.* In pratis humidis & paludosis frequens. *In the Fens in the Isle of Ely abundantly: likewise in the first Close you pass through going in the foot-way from Cambridge to Cherry-hinton.*

N. Johnsonus in Gerardo suo emaculato Cirsium Pannonicum 1 pratense *Clusii* huic nostro idem facit: verùm descriptio per omnia non congruit. Caspar Bauhinus cùm Cirsium Anglicum capitulo magno & variè dissectum appellat, non leviter errat.

Cirsium Britannicum Clusii repens *J. B.* Cir. aliud Anglicum *Park.* Cirsium singulari capitulo squammato vel incanum alterum *C. B. The great English soft or gentle Thistle, or the melancholy Thistle.*

N. Hoc genus Londino ad nos missum fuit sub titulo *Cardui mollis Helenii folio:* At verò jam planè perspicio & descriptionem, & figuram, & locum Cirsii Britannici repentis *Clus.* huic plantæ convenire, quam & ipse ad radices montis *Ingleborough*, circa *Settle*, & alibi in agro Eboracensi & Westmorlandico inveni: ideóque & Johnsonus falsus fuit, & nos ab eo seducti, cùm utrúmque illud Cirsium Clusii ad idem caput reduximus, *Cat. Cant. p.* 35.

C. Clemātis daphnoïdes minor *J. B. C. B.* Vinca pervinca *Offic.* minor *Ger.* vulgaris *Park. Periwinkle.* Ad sepes, & in aggeribus fossarum.

N. 1. Vulneraria insignis est. Usus præcip. in fluxionibus alvi, dysenteriâ, hæmorrhoidibus, expuitione san-

ſanguinis, hæmorrhagia narium, vulneribus ſeroſo liquore manantibus. Extrinſecùs in profluvio menſium, narium, in laxitate ac dolore dentium: Lac extinctum revocat. *Schrod.*

2. Vinum turbidum quódque colorem amiſit, hujus herbæ q. ſ. vaſi impoſita, intra 15 dies purum clarúmque & genuini coloris reddet. Expert. *Trag.*

3. Hujus folia recentia ſuper chartam bibulam vel emporeticam, impoſito ſuperiùs lino pexo interbaſſata, & thuris nidore ſuffita, conſilio mulierculæ cujuſdam in ſtrumis adhibita, diſcuſſere tumorem brevi tempore, qui per anni ſpatium aliis medicamentis à medico docto præſcriptis contumax obſtiterat. Eodem medicamento ejuſdem mulieris maritus pro deplorato relictus curatus eſt antea. D. *Hulſe.*

Ç. Clinopodium majus *Park.* quorundam Origani facie *J. B.* Origano ſimile *C. B.* Acinos *Ger. Lob. Great wild Baſil.* Ad ſepes, & in vepribus.

Clinopodium vulgare, v. Acinos multis *J. B.*

Cochlearia vulgaris *Park.* Britannica *Ger. Dod.* folio ſinuato *C. B. Engliſh or Common Sea-Scurvy-graſs.* In ſalſis maritimis plurimis in locis.

Cochlearia *J. B. Dod.* rotundifolia *Ger.* major rotundifolia ſive Batavorum *Park.* folio ſubrotundo *C. B. Garden-Scurvy-graſs.* Ad mare variis in locis, præſertim litoribus Cumberlandiæ & Lancaſtriæ. *We have alſo found it near little rills of water, running down the ſides of hills, at a great diſtance from the Sea, as near Caſtleton in the Peak of Derby, upon Penigent and Ingleborough-hills, upon Stanemore in York-ſhire near the Spittle, &c.* Folia hujus quæ in montibus oritur, multò minora ſunt & rotundiora quàm maritimæ, & Cotyledonis foliis ſimilia. Verùm in hortos tranſlata, faciem mutat planta, & maritimæ magnitudinem aſſequitur.

Cochlearia

Cochlearia minor rotundifolia, an minima rotundifolia *Park?* An Cochlearia Danica minor erecta *C. B? The leſſer round-leaved Scurvy-graſs, on the coaſt of Angleſey about Beaumaris, as alſo on the coaſt of Carnarvanſhire.* Hanc omnino ſpecie diſtinctam judico à præcedente ſeu Cochlearia vulgari; quamvis enim in hortos tranſlata, ex ſemine deciduo ſe aliquoties renovans, magnitudine & ſtaturâ amplior evadat, nunquam tamen prioris illius dimenſiones ullatenus aſſequitur.

N. 1. Calf. & ficc. ſale vo'atili abundat, undè fixos & crudos humores ſpirituales ac volatiles reddit: Morbis illis medetur qui à ſale fixo nimis copioſo originem ducunt, inprimis verò Scorbuto, in lacte aut vino decocta, unde Anglicè *Scurvy-graſs* dicitur. Verùm cùm partes illæ in quibus præcipua vis, & utilitas hujus plantæ conſiſtit, admodum volatiles ſint & coctione facilè evaneſcant, ſuccus herbæ expreſſus vel infuſum efficaciora eſſe videntur quàm decoctum.

2. Scorbutus populis qui in ſalſis & maritimis locis degunt ferè endemius eſt; præſertim Septentrionalibus, & qui piſcibus ſale conditis plurimùm victitant. Hinc quæcunque ſale volatili abundant, ut Naſturtium, Raphanus, Becabunga, ad hujus curationem maximè valent.

3. Tales plantarum ſpecies in quacunque regione à Deo creantur, quales hominibus & animalibus ibidem natis maximè conveniunt. Imò ex plantarum naſcentium frequentia, ſe ferè animadvertere poſſe quibus morbis (endemiis ſc.) quælibet regio ſubjecta ſit, ſcribit Solenander. Sic apud Danos, Friſios, Hollandos, quibus Scorbutus frequens, Cochlearia copioſè provenit.

Colchicum *J. B.* autumnale I. ſive commune *C. B.* Anglicum purpureum *Ger. Park. Meadow-Saffron.* In pratis & paſcuis, in Occidentalibus atque etiam Borealibus

libus Angliæ regionibus vulgatiſſimum. Floris color purpureus, rariùs albus, interdum etiam ex albo & purpureo mixtus.

N. Non convenit inter Botanicos an Hermodactylus Officinarum ſit radix hujuſce plantæ nécne, aliis id affirmantibus, aliis negantibus. J. Bauhinus Colchicum vulgare (quod venenatum) ab Hermodactylis Officinarum (qui innocuè præſertim veteres guſtari poſſunt) diſtinguit. Interim tamen, annuente Trago, admonet eos quorum intereſt, pilulas pro podagricis præſcribere & confiœre, nè ſuis confectionibus Colchicum ſeu Hermodactylum adhibere velint, quod hactenus magno cum errore commiſſum fuit. Cæterùm (inquit) arthritide laborantibus utilem eſſe radicem Colchici Arabes ſcripsêre, & nos aliqua ex parte experti ſumus, ſed tunc çùm forinſecus imponitur.

C. Conferva Plinii *Ger. emac.* Linum aquaticum *Imper.* Alga viridis capillaceo folio *C. B.* aquatilis capillacea ſive Conferva Plinii, aliis Linum aquaticum *Park. Hairy Riverweed, Crowſilk.* In aquis pigrioribus.

Conferva paluſtris, ſeu Filum marinum Anglicum. *Marſh-Thread.* Color huic ex albo ſubluteus; magnitudo fili quo veſtes conſui ſolent, longitudo ſingulorum filorum ſi extrahantur (nam variè invicem implicata & contorta ſunt) cubitalis aut amplior. In foſſis paluſtribus circa Camalodunum in Eſſexia: & alibi haud dubiè in locis conſimilibus.

C. Convza major Matthioli, Baccharis quibuſdam *J. B.* VI. ſive major vulgaris *C. B.* mas Theophraſti *Jo. Bod.* in Theophr. hiſt. Baccharis Monſpelienſium *Ger. Park. Plowmans Spikenard. Near Abington in the road to Linton, and about Hilderſham by the wayſides, plentifully:* & alibi in montoſis & ſiccioribus, paſſim.

C. Conyza

C. Conyza media *Ger.* paluſtris I. ſive media Aſteris flore luteo, vel tertia Dioſcoridis *C.B.* media Matthioli, flore magno luteo, humidis locis proveniens *J.B.* In aquoſis. *Middle Fleabane.* Herba dyſenterica *Cat. Altd.*

C. Conyza minor *Matth.* minima *Ger. emac.* mediæ minor ſpecies flore vix radiato *J. B.* paluſtris II. ſeu major flore globoſo *C.B.* ſuſpicor mendum eſſe Typographicum pro minor. *Dwarf-Fleabane.* Locis lutoſis ubi per hyemem aquæ ſtagnârant.

C. Conyza cærulea acris *C. B. Ger. emac.* odorata cærulea *Park.* Senecio ſive Erigeron cæruleus, aliis Conyza cærulea *J. B. Blue-flower'd Fleabane, or ſweet purple Fleabane.* In ſterilioribus & ſiccioribus paſcuis, præſertim arenoſis.

C. Conyza foliis laciniatis *Ger. emac.* helenitis foliis laciniatis *Park.* paluſtris III. ſeu aquatica laciniata *C. B. Hoary Fleabane Mullet, or great jagged Marſh-Fleabane. In the Fen-ditches about Marſh and Chatereſſe in the Iſle of Ely, but moſt plentifully in the Ditches about Pillin-moſſe in Lancaſhire.*

Conyza helenitis foliis non laciniatis. An Conyza helenitis mellita incana *Lob.* an verò Conyza helenitis piloſa *ejuſdem? Fleabane-mullet with undivided leaves. I obſerved it near ſome waters, going from Norwich to Yarmouth, and alſo in Lovingland in Suffolk.*

C. Conyza paluſtris *Park.* pal. IV. ſive paluſtris ſerratifolia *C. B.* Virgæ aureæ ſive Solidagini anguſtifoliæ affinis, Lingua avis Dalechampii *J.B. Marſh-Fleabane, or Birds-tongue. In the Fen-ditches, and on the banks in the Iſle of Ely, but not very frequent; particularly near Stretham-ferry.*

N. 1. Subſtratu ſuffitúque venenatas beſtiolas abigere, pulices fugare, & culices quoque necare creditur, unde & *Fleabane* Anglicè nominatur.

2. Qua

2. Quæ de Conyza Veteres tradidêre, apud ipſos vide. Officinis noſtris rarioris uſûs eſt. Ad profligandam ſcabiem unguentum ex radice ejus & foliis nonnulli parant.

Conſiligo Plinii, *v.* Helleborus niger hortenſis flore viridi.

C. Conſolida major *Ger.* Symphytum magnum *J. B.* majus vulgare *Park.* I. ſeu Symphytum Conſolida major *C.B. Great Comfrey.* In aquoſis, ad rivos & foſſas. Floris color communiter albus ſeu pallide luteus, non rarò tamen purpureus.

N. 1. Vulnerarium eſt è præcipuis celeberrimum, mucilaginoſum, incraſſans, humorum acrimoniam obtundens. Uſus præcip. in fluxionibus quibuſcunque, inprimis alvi, in eroſione pulmonum ac phthiſi. *Schrod.*

2. Flores in vino rubro coctos, bíſque in die ſumptos in cruenta urina optimos ſcribit Camerarius.

3. Extrinſecus vulnerum ſanguinem ſiſtit, & fracturas oſſium conſolidat, quotidianâ experientiâ atteſtante, unde & Anglicè à nonnullis *Boneſet* dicitur. Hujus virtutis in vulneribus agglutinandis & fracturis oſſium conſolidandis evidens argumentum eſt, ſi modò verum, experimentum illud à Veteribus proditum, Quòd ſc. radices Symphyti majoris carnium fruſta quibuſcum coquuntur, cogant ita ut coaleſcant.

4. Radices recentes minutim conciſas, tuſas & impoſitas ad dolores podagricos leniendos, & ulcera ſerpentia aut etiam gangrænas compeſcendas, commendat Parkinſonus.

5. R. hujus radicum quantum vis. Tundas in mortario donec eæ in maſſam redigantur, quæ ſuper aſutam extendatur & applicetur parti dolenti. Medicamentum hoc ad podagricos dolores & nonnunquam etiam iſchiadicum leniendum valere, iteratis experi-

experimentis atteſtantibus, ab amico quodam certior factus ſum. Quin & multos eo uſos ad brachiorum dolores cum motûs privatione conjunctos; aliquem etiam ad Venereum quendam, poſt multas embrochationes, &c. fruſtrà tentatas, non ſine ſucceſſu. D. *Hulſe.*

Conſolida media, *v.* Bellis major & Bugula.
Minor, *v.* Bellis minor.
Regalis, *v.* Delphinium.

C. Convolvŭlus major *J. B.* Smilax lævis I. ſeu Convolvulus major albus *C. B.* Smilax lævis ſive lenis major *Ger. Lob. Great Bindweed.* Ad ſepes, locis aquoſis.

C. Convolvŭlus minor vulgaris *Park.* qui perperàm album & purpureum diverſas ſpecies facit. Smilax lævis 3, ſeu convolvulus minor arvenſis *C. B.* Helxine ciſſampelos multis, ſive Convolvulus minor *J. B.* Smilax lenis minor *Ger. Small Bindweed.* In arvis.

C. Convolvŭlus niger *Park.* Volubilis nigra *Ger.* Smilax lævis IV. ſeu Convolvulus minor ſemine triangulo *C. B.* Helxine ſemine triangulo *J. B. Black Bindweed.* Inter ſegetes.

N. Convolvulo majori plurimas attribuunt vires Botanici, quas quia ſuſpectæ ſunt, lubens prætereo. Scribit J. Bauhinus, radices Convolvuli gratum & utile porcis alimentum præbere. Catalogus Altdorfinus Scammonium Germanicum ob vim catharticam dicendum ait. Pravotius (*Medic. Pauperum*) inter benignè bilem evacuantia enumerat, decoctum à M. i. ad ii.

Corallĭna *J. B.* Cor. Anglica *Ger.* Muſcus maritimus ſive Corallina Officinarum *C. B.* Muſcus marinus, ſive Corallina alba Officinarum *Park. Sea-Coralline.* Accreſcit rupibus aquâ marinâ opertis juxta litus ubique. Variat colore albo, purpureo, luteo, &c.

N. In

N. In pulverem crassiusculum contrita, ad interaneorum vermes necandos admodum celebratur, nec immeritò; revera enim mira præstat. Datur pulvis in vino, lacte aut Cassia.

Corallium album *Ger.* album minus *Park.* forté. *Small white Coral. On the coast of Cornwal about S. Michaels-Mount, Falmouth-Haven, &c. abundantly.* Est autem perexiguum, & longè diversum à Corallio illo albo quod in Mari Mediterraneo oritur, quamvis Gerardus hoc cum illo confundat.

C. Cornus fœmina *Ger. Park. C. B.* Cornus fœmina putata, Virga sanguinea *J. B. Dog-berry, or Gatter-tree, or Female-Cornel.* In sepibus & dumetis.

N. 1. Fruticis hujus lignum, maximè cùm aridum fuerit, securi ac terebro mirum in modum repugnat. In Anglia lanionibus ad verucula conficienda in usu est.

2. In Hetruria demorsos à cane rabido abstinere à contactu sanguineæ virgæ tradit Matthiolus: siquidem si virgæ tamdiu manibus teneantur quousque concalescant, illico demorsos rabie exagitant. Virga autem sanguinea dicta est, quòd virgæ ejus magna ex parte rubeant sanguinis instar.

3. E cornus fœminæ baccis Ananiensia rura in agro Tridentino oleum conficiunt ad lucernarum usum, expressis torculari decoctis priùs in aqua. *Matth.*

4. Καρπὸν ἄβρωτον ἔχει παντὶ ζώῳ φίλυρα, θηλυκρανεία, πύξος. *Theoph.*

Coronŏpus *Trag. Matth.* vulgaris sive Cornu cervinum *Park.* Cornu cervinum *Ger.* Coronopus sive Cornu cervinum vulgò spicâ Plantaginis *J. B.* sylvestris hirsutior *C. B. Bucks-horn-Plantain.* In arenosis & maritimis.

N. Hæc planta in hortis sata diligenti culturâ adeò luxuriat, & à sylvestri magnitudine & formâ tantùm differt,

differt, ut pro diversa specie à Botanicis plerisque habeatur.

Coronopus Ruellii *Ger.* recta vel repens Ruellii *Park.* Coron. Ruellii, sive Nasturtium verrucosum. *J.B.* Ambrosia campestris repens *C.B. Swines Cresses.* In uliginosis, & ad vias.

N. Thlaspeos aut Nasturtii speciebus annumeranda est; flore, semine, sapore & qualitate iis similis. Cruda (inquit Ruellius) estur in acetariis & cocta, & cum aceto manditur. *Dod.*

Corylus sylvestris *C.B. Ger.* Corylus sive nux Avellana sylvestris *Park. J.B. The Hasel-nut-tree.* In sylvis & sepibus.

N. 1. Avellanam ab Avellano Campaniæ oppido ubi abundat, dictam putat Servius. At Plinius Avellanas antea Abellinas patrio nomine vocatas scribit. *Lib.* 15. *cap.* 22. Abella igitur oppido nomen. Ponticæ dictæ sunt hujus nuces, quoniam in Asiam Græciámque è Ponto venêre, autore Plinio *loco citato:* potiùs quia in Ponto abundant. Λεπτοκάρυα Dioscoridi *lib.* 1. *cap.* 169. dictæ sunt, respectu ic. Juglandium: Prænestinæ aliis, ab agro Prænestino: Hippocrati 2 *de diæta* κάρυα πλατία, teste *Hofmanno* in *Medicam. Offic.* Theophrasto arbor ipsa Ἡρακλεωτικὴ κάρυα, ab Heraclea Ponti urbe.

2. Arbor hæc præter Julos florem etiam profert coccineis filamentis compositum.

3. De facultatibus nucum Avellanarum video Botanicos in plerisque non consentire. Quòd caput & ventriculum gravant, Veterum & recentiorum communis est sententia; At Lacuna id experientiæ reclamare scribit, bonæ quippe matronæ Hispanicæ tostis vulgariter utuntur ad gratificandum stomacho cerebrúmque confortandum, non sine successu. Quòd alvum sistunt, & dysentericis prosunt, nonnulli scribunt; alii, & verius, dysenteriæ aut Diarrhœæ obesse potiùs quàm prodesse tradunt, ideóque in ejusmodi morbis ab iis omnino abstinendum: quòd verò

Avel-

Avellanæ Juli, cortices, &c. astringant & ventris fluxiones sistant, non repugnant. In Plinii sententiam, quòd sc. Nuces Avellanæ pinguedini corporis conferant, posterior Medicina manibus pedibúsque descendit, inquit *J.B.*

4. Vulgus Metallicorum ad Virgulam Divinam, ut vocant, quâ venas metallorum inquirit, præ cæteris furcam eligit colurnam. Verùm cùm ex impuris fontibus incantatorum primò in Metalla defluxerit, Metallicus, utpote vir bonus ac naturæ peritus, eâ non utitur, sed alia naturalia signa venarum observat. *Schwenckf.* Qui de Virgula divinatoria plura velit, adeat J. Bauhinum.

5. Cur Avellanæ tantopere obnoxiæ sint vermibus, Juglandes verò rarissimè iis infestentur, rationem duplicem reddit J. Bauhinus. 1. Ob nimiam earum, præsertim cùm recentes sunt, humiditatem; humor autem Aristoteli putredinis mater. 2. Quia parùm olei habent, quo Juglandes abundant. Verùm ego potiùs existimo, vermes in Juglandes non penetrare; præcipuè ob insignem amarorem corticis externi. Vermiculos enim extrinsecùs irrepere, non autem intus sponte nasci existimo quoniam cortex fructûs illius perforatur in quo vermiculus latitat.

6. Ex virgis seu stolonibus coryli circuli doliares confici solent. Ex ligno ejus carbones parant pictores ad delineationes commodos.

C. Cotŭla fœtida *Lob. Ger. Park.* Chamæmelum fœtidum sive Cotula fœtida *J. B.* Parthenium leptophyllon Hippocratis *C. B.* Chamæmelum fœtidum *C. B.* *Stinking Mayweed or Maithes.* Inter sata ubique.

N. Decoctum hujus à nonnullis ad Scrophulas cum successu propinari solet.

C. Cotŭla non fœtida *Ger. Park.* Chamæmelum inodorum *C. B.* inodorum, sive Cotula non fœtida *J. B.* *Dogs Camomile.* Cum priore.

C. Cotylēdon aquatica *J.B.* aquat. acris Septentrionalium *Lob.* paluſtris *Ger. Park*, Ranunculus aquat. Cotyledonis folio *C.B. Marſh-Pennywort, White Rot.* In paludoſis.

Cotylēdon hirſuta *P. B.* An Sedum minus X. *Cluſ. hiſt?* An Sedum Alpinum lacteo flore *C. B?* *Hairy Kidneywort. By the rills, and on the moiſt places of many mountains in Wales, as Snowdon, Carnedh-llewelyn, Cadridris in Merionidh-ſhire. I found it alſo in the North on Hardknot and Wrenoſe, mountains on the border of Weſtmorland, towards Cumberland, and thus deſcribe it.*

Radicem obliquè ſub terram agit, ubi locum invenit, ſatis craſſam pro plantulæ modulo, fibras longas, albas, crebras emittentem. Folia in orbem ſpargit (ut reliqua hujus generis) brevia, viridia, pilis rarioribus hirſuta, Auriculæ muris modo, 4 vel 6 denticulis majoribus inciſa, in acutum definentia, vix digitum longa, ſemunciam lata versùs mucronem. Caules palmares, & nonnunquam etiam altiores, rotundi, pilosi, foliis deſtituti ad locum uſque ubi in ramulos ſpargi incipiunt: geſtant autem in ſummitate flores tres vel quatuor, & fortè plures, quinquefolios, foliolis albis, mucrone acuto, duabus maculis flavis versùs ungues notatis; ſtamina 10, purpurantibus apiculis coronata continentes. Vaſculum ſeminale breve, craſſum, bicorne, ut in reliquis hujus generis; ſemen parvum, rotundum, obſcuriùs ruſſum. Loca humida montium altiorum ſectatur, v. g. rivulos & ſcopulos udos.

Cotylēdon vera, *v.* Umbilicus Veneris.

Cracca, *v.* Aracus.

Craſſula, *v.* Telephium.

C. Cratæogŏnon Euphroſynes facie *Ger.* Euphraſia pratenſis rubra *C.B.* parva purpurea *J.B. Eye-bright-Cow-wheat.* In pratis, & inter ſegetes paſſim. Floris color variat, nunc intenſiùs ruber, nunc dilutiùs, interdum

dum etiam albet. Apud nos palmarem altitudinem, quam J. Bauhinus ei tribuit, multùm superat.

Cratæogŏnon foliis brevibus obtusis Westmorlandicum *Eye-bright-Cow-wheat with short leaves.* Radix ei alba, dura, fibris majusculis prædita, & (ut mihi videbatur) repens. Caules semipedales, graciles, erecti, rigidi, non ramosi, nonnihil hirsuti, fragiles. Folia per paria sine pediculis cauli adnascuntur, figurâ & magnitudine Alsines Chamædryfoliæ, rugosa, per margines dentata, viroris ad cinereum tendentis, & nonnihil splendentia. Flores in summis ramis ex alis foliorum exeunt brevibus pediculis nixi, figurâ (quantum è marcescentibus conjicere potui) florum Cristæ galli, colore purpureo, è calyce quadripartito, quibus succedunt vascula ventricosa, in binas partes impressâ lineâ divisa. Semina albicantia Cratæogoni. Sapor plantæ acris nonnihil & amarus. Propè *Orton* in Westmorlandia, juxta rivulum qui decurrit secus viam quâ indè Crosbeiam itur.

Crista galli, *v.* Pedicularis.

Crithmum marinum *Ger. Dod.* marinum vulgare *Park.* Crithmum multis sive Fœniculum marinum *J. B.* Cr. sive Fœniculum marinum minus *C. B. Sampire* à Gallico *Sainct Pierre.* Galli enim & Itali herbam S. Petri vocant. *On the cliffs and rocks by the Sea-side round about England.*

Crithmum chrysanthemum *Park. Ger.* III. sive maritimum flore Asteris Attici *C. B.* marinum 3 Matthiolo, flore luteo Euphthalmi *J. B. Golden-flowered Sampire. I have found it in many places, as on a Marsh near Hurst-castle, beside the Isle of Wight, plentifully; on the rocks at Llandwyn in Anglesey, and elsewhere.* Hæc planta toto genere à Crithmo marino differt.

N. Crithmum in muria conditum ventriculo bene facit, estque palato admodum gratum, urinam moderatè provocat, viscera ab obstructionibus ex-

pedit, appetentiámque cibórum excitat.

C. Crocus *J. B. Dod.* sativus *C. B.* verus sativus Autumnalis *Park. in parad.* Spica Cilissa poetarum *J. Bodæo.* Crocus verus, nusquam nisi Autumno florens, odoris suavissimi, coloris purpurascentis *P. Lauremberg. in Appar. True or common Saffron. In Essex and Cambridge-shires about Saffron-Walden*, &c.

N. 1. Moderatus Croci usus cerebro prodest, sensus vegetiores reddit, somnum & torporem excutit, lætitiam gignit, corroborat cor, thoracis crudos humores ad coctionem perducit, pulmones aperit, & ab obstructione liberat: & ad hæc tam efficax est remedium (teste Dodonæo) ut subinde phthisicis in summo vitæ discrimine, & propemodum animam agentibus, spiritum reducat, & vitam aliquot dies proroget. Usus ejus frequens est in Syncope, Apoplexia, obstructionibus hepatis & ictero; in peste aliisque venenosis morbis; in Asthmate cum oleo Amygdalarum dulcium.

2. Apud nostrates ad variolas expellendas in frequenti usu est: itémque in sacculo suspenditur sub mento vel gutture ad dissipandam sc. materiam putridam & venenatam, nè ibidem stagnans, inflammationem excitet, ægrotúmque strangulet. Dicitur prætereà & urinam ciere, mensésque ac fœtum pellere. Est autem partium tenuium, adeóque facilè penetrat & sudores movet. Efficaciam ejus in ictero, si tempestivè bibatur, sæpiùs experti sumus.

3. Scrupuli dimidii aut ad summum integri pondo in vino Pramnio aut alio dulci exhibitum gravissimas subitò irruentes citra febrim dyspnœas statim & momento temporis tollere non semel à nobis compertum est. *Dod.*

C. Cruciāta *Ger.* vulgaris *Park.* hirsuta *C. B.* Gallium latifolium, Cruciata quibusdam flore luteo

J. B.

J. B. Crossewort or Mugweed. Ad sepes, & in dumetis.

N. Siccat, astringit, vulneraria est è præcipuis, tum internè sumpta, tum externè adhibita; valet & ad ramices in vino pota Expectorat quoque viscidos humores, autore Camerario.

C. Cuscūta *Park.* major *C. B.* Cuscuta sive Cassutha *Ger.* Cassuta sive Cuscuta *J.B. Dodder.* In ericetis, non rarò & inter legumina.

N. 1. Hæc planta è semine in terram deciduo se quotannis renovat; Cùm tamen adoleverit, marcescit penitus radix. Planta enim vicinis stirpibus se circumvolvens, eásque arctiùs amplectens, alimentum suum indè exugit. Hinc fit ut si seorsim in fictili seratur, emergat quidem, sed brevi radicitus pereat, ut & Parkinsonus & nos quoque experti sumus. Linum & legumina in quibus copiosissimè sæpenumero provenit, vel strangulat penitus & corrumpit, vel certè humi deturbat & alimento fraudat. Unde in Sussexia rustici & agricolæ eam execrantur, odiosis nominibus *Hellweed* & *Devils guts* appellantes.

2. Plantarum quibus innascitur temperamentum participare aliquatenus creditur. Sic quæ genistam superat, urinas potentiùs movet: humidior est quæ Lino implicatur: adstringendi facultatem admixtam habet quæ Rubiæ insidet. In Occidentalibus Angliæ quæ in urtica nata est, urinis potenter eliciendis efficacem experimento suo confirmant incolæ, autore Parkinsono.

3. Calf. 1. sicc. 2. abstergit, subastringit, aperit, humorem melancholicum purgat. Utilis est in scabie, ictero nigro, obstructionibus hepatis ac lienis. *Schrod.* Urticis adnata reliquis omnibus in medicina præponitur, inquit Tragus, qui eam Androsaces appellat.

C. Cyănus *J.B.* minor vulgaris *Lob. Ger. Park.* segetum *C.B.* Baptisecula & Pes gruis *Trag. Blue-bottles.* Inter segetes.

N. 1. Flos hujus ut & aqua ſtillatitia utilis eſt in oculorum inflammationibus, rubedine, lippitudine. Ad putrida ulcera valet ſuccus florum inſtillatus: Pulvis aſſumptus efficax eſt contra morbum regium.

2. Flores in ſpiritu vini, aut etiam aquâ communi macerati, ſuo eam colore imbuunt, itémque ſaccharo elegantem colorem communicant. Idem præſtant flores Cichorei, Delphinii, &c.

3. Cyanus, ſi in hortis lætiori ſolo ſeratur & colatur, non ſolùm flores edet cæruleos, ſed & purpureos, albos, carneos, varios ſeu albos medio purpureo aut carneo, ut in hortulo noſtro Cantabrigiæ experti ſumus.

C. Cynocrambe mas & fœmina *Ger. emac.* mas & fœmina, ſive Mercurialis repens *J. B.* Mercurialis ſylveſtris Cynocrambe dicta vulgaris mas & fœmina *Park.* Mercurialis III. ſive montana teſticulata, & IV. ſive montana ſpicata *C. B. Dogs-Mercury.* In ſylvis & ſepibus.

N. Prævotius Mercurialem ſylveſtrem olerum more coctam, & oleo ac ſale conditam, inter medicamenta ſerofitates benignè evacuantia enumerat; *lib. de Medic. Pauperum.*

C. Cynogloſſum vulgare *J. B.* majus vulgare *C. B. Park. Ger. Great Hounds-tongue.* ubique ad vias.

N. 1. Refrigerat, ſicc. Uſus in ſiſtendo fluxu alvi, gonorrhœâ, ac catarrhis exiccandis. Sanguini etiam ſiſtendo, & ad omnis generis ulcera & vulnera conducit, *Matth.* Mariſcis ſanandis efficaciſſimum eſſe perhibet Tragus. Verùm quia ſoporiferum eſt, & narcoſis virulentæ ſuſpectum, rariſſimè à practicis adhibetur, inquit Schrod. Immeritò ſuſpectum eſſe convincunt experimenta medicorum quorundam ſummæ fidei & peritiæ, qui nobis retulerunt, ſe ad ulcera & tumores eo ſæpiùs uſos eſſe in cataplaſmatis & emplaſtris magno cum ſucceſſu, atque etiamnum uti:

uti: intus etiam tutò sumi posse, arguunt pilulæ de Cynoglosso.

2. In strumis & scrophulis Cynoglossæ radicem tum intus in decoctione, tum extra in cataplasmatis formâ, summo cum successu adhiberi solitam à quodam celeberrimo hujus urbis medico jam satis functo, accepi. *D. Hulse.*

3. Ad Scrophulas, Radices in taleolas dissecentur, & suspendantur circa collum, novas adhibendo tertiâ quâvis septimanâ. Retulit mihi amicus quidam se novisse radices hasce suspensas circa collum pueruli cujusdam pauperculæ, cujus caput & linteamina pediculis scatebant: observatum pediculos quidem radicum odorem exosos procul aufugisse & sedes mutâsse; scrophulas obstinatè restitisse, nec quod ille audiverit iis sanandis medicamentum successisse. *Idem.*

Cynoglossa folio virenti *J. B.* Cynoglossum minus folio virente *Ger.* Cynoglossum semper virens *C.B. Park. The lesser Hounds-tongue. By London-road-side, between Kelvedon and Witham in Essex, plentifully; also in some shady Lanes near Worcester.*

Cyperus gramineus *J.B.* gramineus miliaceus *Ger.* Gramen cyperoides miliaceum *C. B. Millet-Cyperus-grass. We found it first near Haverford-West in Pembroke-shire, near a little River, kept up with banks to drive a Mill on the South-side of the town: afterward in several places in Warwick-shire, as in the ditches about Solihull; by the River Tame-side under Dorsthill-hill near Tamworth,&c.*

C. Cyperus longus inodorus sylvestris *Ger.* longus inodorus vulgaris *Park.* longus inodorus sylvestris Lobelio *J. B.* longus inodorus Germanicus *C. B. Long bastard-Cyperus-grass.* In paluſtribus, v. g. *upon Hintonmoor near Cambridge, in the boggy Closes under Dorsthill-hill near Tamworth in Warwick-shire, in a boggy ground by the Sea-side, between Pensans and Marketjen in Cornwall,&c.*

Hanc plantam in Lado amne juxta Monſpelium obſervavi. Monſpelienſes eam pro non deſcripta habent, & Cyperum foliis ſerratis denominant. Verùm ſive deſcripta ſit (ut nos putamus) ſub titulis allatis, (quamvis quidem nulla hujus ſerraturæ mentio, & Parkinſonus caulem triangulum ſcribit, cùm hujus rotundus ſit) ſive non, una & eadem ſpecie planta eſt Monſpelienſis illa & noſtra.

D

C. DAucus *Officin.* Paſtinaca ſylveſtris ſive Staphylinus Græcorum *J. B.* ſylveſtris tenuifolia *Ger. Park.* ſylv. tenuifolia Dioſcoridis, vel Daucus officinarum *C. B. Wild Carrot, or Birds-neſt.* In paſcuis ubique. Retulit nobis Th. Williſell obſervâſſe ſe in clivis maritimis Dubrim inter & *Margate* Daucum quendam folio lucido, quem tamen à vulgari accidentaliter tantùm, & non ſpecificè diſtinctum arbitramur.

N. 1. Uterinus inprimis eſt & diureticus. Uſus præcip. in menſibus obſtructis, ſuffocatione & dolore matricis, in colica flatulenta, ſingultu, dyſuria, tuſſi chronica, &c. *Schrod.*

2. Semen Dauci in Cereviſia leptomera infuſum & bibitum ad ſtranguriam, calculum renum & veſicæ miris laudibus efferunt è modernis nonnulli, v. g. Charltonus in lib. de *Lithiaſi.*

3. Seminis drachmæ duæ vino albo infuſæ & poz hyſtericis paroxyſmis medentur.

4. Tragus floſculum purpureum in media umbella valdè prædicat pro certiſſimo Epilepſiæ antidoto.

C. Dens

C. Dens leonis *Ger.* vulgaris *Park.* latiore folio *C. B.* Hedypnois sive Dens leonis Fuchsii *J.B.* Aphaca ex olerum genere Theophrasti 7 hist. 10. *C. B. Jo. Bodæi.* Urinaria, Gallis pueris Lectiminga *Ad. Lob. Dandelion.* In pascuis.

N. 1. Epatica est, cum Endivia conveniens, quâ tamen potentiùs operatur. Usus præcip in febribus putridis inveteratis. *Schrod.* Cocta stomachum dissolutum astringit, cruda verò alvum sistit. Eadem dysentericis auxiliatur, sed magis cum lacte decocta. *Matth.* Succus prodest quibus genitura effluit.

2. Alvum supprimendo, obstructionésque reserando mesaraicarum, plus lotii derivat in vesicam quàm pueruli retinendo sint, præsertim inter dormiendum, eóque tunc imprudentes & inviti stragula permingunt, &c. v. *Lob.* Parkinsonus radices & folia decocta in vino aut jusculo commendat in phthisi, tabe, cachexia & febrium accessionibus.

C. Dens leonis angustioribus foliis *Park. Dandelion with narrow leaves.* Foliorum magnitudine & parvitate mirè ludit hæc planta, videor tamen mihi duas species observâsse, primam seu vulgatissimam foliis latioribus, semine citrino obscuro, vel coloris ejus qui in olivis conditis cernitur: alteram angustioribus & paucioribus foliis, semine ruffo.

Dentaria major Matthiolo *Ger.* Orobanche 7. sive radice dentata major *C. B.* radice dentata, sive Dentaria major Matthioli *Park.* Anblatum Cordi sive Aphyllon *J.B. The greater Tooth-Wort. This Plant I found on a ditch-bank at Bredgate near Sittingburn in Kent, and in some of the places which Gerard mentions. T. Willisell shew'd it me in a shady Lane, not far from Darking in Surrey, plentifully.*

N. Præstans est ad rupturas, interna vulnera, variósque affectus à defluxione ortos, in pollinem redacta,

&c

& 40 diebus continuis drachmarum duarum pondere in jusculo sumpta. *Camer.*

Digitālis purpurea *J.B. Ger. Ad. Lob.* purpurea vulgaris *Park.* folio verbasci I. seu purpurea, folio aspero *C.B. Purple Fox-glove.* Invenitur etiam flore albo, sed rariús.

N.1. Somerseti Angliæ rustica turba hujus decocto febricitantibus purgationes, & interdum superpurgationes & vomitiones humidioribus alvo molitur. *Lob. ob.*

2. Strumosis conducere tritam & impositam, succúmve ejus in unguento experientiâ compertum asserit Parkinsonus. Quin & nuperrimo experimento efficacem esse contra Epilepsiam affirmat, si duo ejus manipuli cum ℥iv. Polypodii quercini in Cerevisia decoquantur, & decoctum propinetur. Qui enim 26 annos continuos eo morbo laborârant, ita ut singulis mensibus bis térve caderent, hujus decocti usu penitus liberati sunt, saltem per integros sexdecim menses ne unum quidem paroxysmum senserunt.

3. Novi plures (inquit D. *Bates* in MS. nondum edito) qui in strumosis tumoribus Digitalis floribus valdè confidunt; quos quidam in butyro Maiali quot possunt immittentes curant insolandos per æstatem: Alii cum adipe porcino miscent, & sub terra defodiunt per 40 dies: utrique flores cum unguento reservant, unà linteis inducunt, & tumoribus applicant: hosce tumoribus discutiendis vel maturandis, ulceribus detergendis vel explendis sufficere, ferunt se expertos. Quinto & sexto quoque die Diacarthamo purgant, interim continuè decoctum herbæ Robertianæ præbent. Pars ulceris rubens parte unguenti tenuiore inungatur: pars a. crassior unguenti linteamini imponatur, quod nunquam mutetur. Sunt qui novella & primò erumpentia plantæ germina accipiunt, eorúmque succum expressum in butyro coquunt

ad

ad ſucci conſumptionem: atque hoc novo ſucco addito bis terve repetunt.

N. 1. Oportet ut paretur ſufficiens quantitas unguenti eo anni tempore quo flores haberi poſſunt; cùm nonnunquam integer annus aut eo amplius ad curam perficiendam requiratur.

2. Quamvis ulcera primò majora fiant nè metuas; ſiquidem unguentum poſtquam humores omnes abſumpſerit & exiccaverit, ea demum ſanabit & cute obducet.

3. Unguentum hoc in Scrophulis humidis & pure manantibus præcipuè utile eſt, in ſiccis parùm valet, ſed ad Baſilicon & Præcipitatum confugiendum. Habui ex relatione D. *Hulſe.*

Dipsăcus ſativus *J. B. C. B. Ger. Park.* Carduus fullonum *Lob. Garden, or manured Teaſell.* Quamvis ſponte (quod ſciam) non proveniat in Anglia, quia tamen paſſim ad lanificia feritur, non omittendum duxi.

C. Dipsăcus ſylveſtris *Park. Ger.* ſylveſtris, aut Virga paſtoris major *C. B.* ſylv. ſive Labrum Veneris *J. B. Wild Teaſell, Venus-baſon.* In incultis, itémque ad ſepes & vias.

N. 1. Uſus præcip. in rhagadibus ani ſolidandis [decoctæ in vino] commendatur & in verrucis abigendis. *Schrod.*

2. Aqua quæ in foliorum concavo reperitur, caliginoſis & rubentibus oculis prodeſt; eadem maculas faciei emendat & exterit: Mulierculæ formæ ſtudioſæ uſum ejus optimè tenent. *Trag.*

C. Dipsăcus minor ſive Virga paſtoris *Ger. emac.* ſylveſtris capitulo minore, vel Virga paſtoris minor *C. B.* paſtoris *Park.* paſtoris vulgaris *J. B. Shepherds Rod, or ſmall wild Teaſell.* Ad ſepes, præſertim in humidis & uliginoſis.

† Dryopteris alba Dodonæi *Ger. emac.* alba *Park.* Adianthum album Plinii *Lob.* Filicula fontana major, ſive Adian-

Adianthum album Filicis folio *C. B.* Adianthum album folio filicis *J. B. White Stone-Fern. On old walls and shady banks.* Quid sibi velint Botanici per Dryopterin suam albam, fateor me non satis clarè perspicere, utcunque Parkinsonum falsum puto, qui non alia re quàm pedunculorum colore à sequenti differre scribit. Quæ à J. Bauhino describitur, mihi in Anglia nondum visa est.

C. Dryoptĕris nigra *Dod.* Onopteris mas *Ger.* Adianthum nigrum Officinarum *J. B.* nigr. vulgare *Park.* foliis longioribus pulverulentis, pediculo nigro *C. B. Common black Maiden-hair.* In opacis ad radices arborum & fruticum, inque aggeribus umbrosis & muris antiquis passim. *Near Cambridge, on Ditton Church-walls.*

† Dryoptĕris Penæ & Lobelii *Ger. emac.* Dryopteris, sive Filix querna repens *Park.* Filix minor non ramosa *J. B.* Filix non ramosa V. sive querna *C. B. True Oak-Fern. This Mr. Goodyer found on a wet moor or bog, called wheatrow-moor, where Peat is digged, a mile from Petersfield in Hampshire.* Accuratam ejus descriptionem vide in *Ger. emac.* Non videtur differre à Filice nostra palustri nisi magnitudine sola, quod fortè solo debetur.

Dryoptĕris Tragi *Ger. emac.* Filix saxatilis 2, sive ramosa nigris maculis punctata *C. B.* ramosa minor *J. B.* pumila saxatilis prima Clusii *Park. The lesser branched Female-Fern, or Stone-Fern.* In saxosis, sed rariùs. *We found it in the shady Lanes near Tintern-Abbey in Monmouth-shire, and in divers places of Westmorland, plentifully.*

Dulcamara, *v.* Solanum lignosum.

C. Ebŭlus

E

C. EBulus sive Sambucus humilis *C. B. Ger. Park.* Eb. sive Sambucus herbacea *J. B.* Chamæacte Dioscoridis *C. B. Dwarf-Elder, Danewort or Wallwort.* Ad vias, inque agrorum limitibus & cœmeteriis. *At Madingley, and by the way to Cherry-hinton, near Cambridge,* &c.

N. 1. Eadem dicitur obtinere vires quas Sambucus, eásque efficaciores. Cortices & seminula vim habent educendi aquam. Conferunt igitur in hydrope, arthritide, cæterísque morbis à sero ortis. Ad hydropicorum aquas educendas, ab omnibus ferè Medicis & Botanicis celebratur radicis & seminum decoctum. Verùm quoniam vehementiùs purgat, corrigi debet.

2. Ad podagricos dolores leniendos valent & folia in lixivio cocta, & externè applicata in fomentis, prout nos etiam in parte experti sumus. Idem, sed efficaciùs, præstat oleum seminis per expressionem.

3. Decoctum cort. median. hujus vel Sambuci cum syrup. Pap. ad sudores movendos valet. N. B. Narcotica diaphoreticis vel diureticis addita sudores magis promovent, ut patet in Theriaca & Mithridatio cum Opio. D. *Bowle.*

C. Echium vulgare *C. B. J. B. Park. Ger. emac. Vipers Bugloss.* In arvis interdum nimis frequens.

Echium marinum *P. B. Sea-Bugloss. Near a watermill between the Salt pans and Barwick upon the sandy baich by the Sea-side. This mill is called Scrammerston mill, and is about a mile and a half from Barwick.* An Buglossum dulce ex insulis Lancastriæ *Park?* Folia ei parva, glauca

glauca velut Cerinthes, figurâ ferè foliorum Betæ marinæ ſed minora multo. Flores exigui, cærulei, tubuloſi, ceu Cerinthes, ſed breviores. Singulis floribus 4 ſuccedunt ſemina ut in hoc genere fieri ſolet. Caules infirmi humi procumbentes.

C. Elæagnus Cordi *Lob.* Rhus IV. ſive myrtifolia Belgica *C.B.* Myrtus Brabantica ſive Elæagnus Cordi *Ger.* Rhus ſylveſtris ſive Myrtus Brabantica vel Anglica *Park.* Gale, frutex odoratus Septentrionalium *J. B. Sweet Willow, Gaule, Dutch Myrtle.* In paluſtribus putridis, *as in the Fens in the Iſle of Ely*, &c.

N. 1. Hujus folia & ramulos inter veſtimenta ſæpe recondunt tum ad tineas abigendas, tum ad odoris ſuavitatem conciliandam. Flores nonnulli lupulorum vice cereviſiæ incoquunt, qui (ut aiunt) caput tentant, & temulentiam ſubitò efficiunt.

2. Nota ſunt hodie *Theæ* arboris folia è *Sinis* ad nos delata, ex quibus in aqua decoctis cum Saccharo cando conficitur potio non injucunda & ſalubris credita. Cui ſimilem ex foliis hujuſce fruticis exiccatis parari poſſe aiunt. Quin Simon Paullus affirmat ipſius Myrti Brabantici eſſe folia *Theæ* dicta, tam longè petita, inque tanto apud nos pretio & honore habita: cujus tamen ſententiæ non accedo.

3. Hujus uſu Polonos doctos eſſe enecare pediculos porcorum idem ſibi relatum ſcribit. Si enim ſuibus in haris ſubſternas Chamælæagnum, ſpatio aliquot horarum pediculi intermoriuntur omnes, nec lendes poſt dein animantur. Quin & in ſaltibus in quibus Chamælæagnus creſcit nunquam ſtabulantur aut cubilia ſua habent ſerpentes; imò ne quidem accedere ad eos, multo minùs eos perreptare unquam viſi ſunt.

C. Elaphoboſcum *Matth.* Paſtinaca latifolia 2. ſive ſylveſtris latifolia *C.B.* latifolia ſylv. *Ger. Park.* Germanica ſylveſtris, quibuſdam Elaphoboſcum *J. B. Wild Parſnep.* In agrorum marginibus.

N. Non

N. Non aliter quàm cultu à ſativa differre exiſtimat J. Bauhinus, cui tamen aſſentiri non poſſum. Quod ad vires attinet, certè cum ſativa convenit. Nam ut id ſemel dicam, Plantæ cognomines & quæ ejuſdem familiæ ſunt, viribus quoque ut plurimum conveniunt.

C. Elatine folio acuminato *Park.* fœmina folio anguloſo *J.B.* 2. ſive folio acuminato in baſi auriculato, flore luteo *C.B.* Elatine altera *Ger.* *Sharp-pointed Fluellin.* Inter ſegetes, & in arvis demeſſa ſegete, nam ſeriùs floret.

C. Elatine folio ſubrotundo *C.B. Park.* mas folio ſubrotundo *J.B.* Veronica fœmina Fuchſii, ſive Elatine *Ger.* *Female Fluellin, or round-leaved Fluellin or Speed-well.* Cum priore.

N. Succus herbæ expreſſus ejuſve aqua deſtillata, tum intus ſumpta, tum exteriùs applicata ulcera ſerpentia & cancroſa cohibet & perfectè ſanat. Vide de hac re hiſtoriam memorabilem apud Lobelium in *Adv.* p. 197.

C. Enula campana *Officin.* Helenium *Ger.* vulgare *C. B.* Helenium ſive Enula campana *J.B. Park.* *Elecampane.* In pratis & paſcuis humidioribus, *As in the Cloſes or Fields about Barton and Madingley, near Cambridge, in great plenty.*

N. 1. Radix ſaccharo condita plurimum poteſt adversùs reſpirandi difficultatem, aſthma, veterémque tuſſim: ventriculo inſuper commoda eſt à cœna ſumpta ad coctionem promovendam: Commendatur præterea ut peculiare præſervativum peſtis tempore manè ſumpta.

2. Decoctum radicis à Parkinſono ad ſpaſmum, convulſiones & dolorem iſchiadicum commendatur.

3. Vinum quod ex Helenii radicibus paſſim in Germania paratur, frequenter in potu ſumptum mirificè viſum acuit *J.B.*

4. Enula

4. Enula campana in aqua communi destillata salem volatilem exhibet salis C. C. æmulum tum odore tum virtute. Vide *le Febvre*.

C. Equisētum arvense longioribus setis *C.B. Park.* segetale *Ger.* minus terrestre *J.B. Corn Horsetail.* In arvis. J. Bauhinus Equisetum 8, seu pratense longissimis setis *C.B.* idem cum hoc facit, cui nos libenter assentimur.

C. Equisētum fœtidum sub aqua repens *C.B. J.B. Park.* 8. seu fœtidum sub aqua repens *Ger. emac. Stinking water Horsetail.* In aquis cœnosis.

C. Equisētum majus *Lob. Ger.* majus palustre *Park.* majus aquaticum *J. B.* palustre longioribus setis *C. B. The greater Marsh-Horsetail.* In aquosis. Ad hoc caput reducit J. Bauhinus Equiseta II. III. & X. *C. B.* adeóque specierum numerum decurtat, & rectè quidem mea sententiâ.

C. Equisētum nudum *Ger.* junceum sive nudum *Park.* X. i.e. foliis nudum non ramosum sive junceum *C. B. Naked Horsetail.* In paludstribus & aquosis. Hoc specie revera differt à præcedenti, siquidem asperius solidiúsque est multo, & perpetuò viret, quamvis nos J. Bauhinum secuti ejus Asparagum potiùs esse quàm plantam diversam aliquando sensimus, & scripsimus. Hæc præcipuè species est cujus junceis virgis materiarii fabri multorum minutorum ligneorum operum veluti pectinum & manubriorum scabritiem in nitorem expoliunt.

C. Equisētum palustre brevioribus foliis polyspermon *C.B.* alterum brevioribus foliis *Park.* Equiseti facie Polygonum fœmina *J.B. Female Horsetail.* In aquis, sed non ità frequens.

Equisētum omnium minimum tenuifollum *Park. Lob. illustr.* VII. sive sylvaticum tenuissimis setis *C. B.* sylvaticum *Ger.* Equisetum sive Hippuris tenuissima non aspera *J.B. Wood Horsetail.* Putamus hanc speciem ipsammet esse quam describit Lobelius in Illustrationibus

bus plantarum nuper editis Londini, & ex eo Parkinſonus; & locus enim & deſcriptio conveniunt. Opinatur Parkinſonus hoc eſſe Equiſetum paluſtre longiſſimis ſetis *C. B.* perperàm, cùm ſit Equiſetum ſylvaticum *ejuſdem*, ut præter ſynonyma convincunt tum figura tum deſcriptio quæ habentur ejus in primo *Theat. Botan.* tomo non irà pridem edito. In locis humidis ſylvarum, & ad rivulos, inque paluſtribus: *as in the woods about, and in the new Park at Middleton near Tamworth in Warwick-ſhire; alſo in ſome Cloſes about Hampſted, and elſewhere.* Setas habet omnium tenuiſſimas & maximè ramoſas, quibus notis ut & lævore ſuo à reliquis ſuæ ſortis facilè diſtinguitur.

† Equiſetum ſive Hippuris lacuſtris foliis manſu arenoſis *Geſn.* Hippuris coralloides *Ger. emac. On a bog by Smochall, a Wood nigh Bathe. Doctor Johnſon.*

N. 1. Vulnerarium eſt, inſpiſſat, aſtringit, Uſus præcip. in hæmorrhagiis ſiſtendis, in dyſenteria, exulceratione & vulneratione renum, veſicæ & inteſtinorum tenuium, in profluvio muliebri. *Schrod.* Præcipua in eo eſt vis adſtrictoria.

2. Ruſticæ mulieres eo utuntur ad purganda vaſa ſtannea æneáque, atque etiam lignea, hinc ob aſperitatem ſuam *Shave-graſs* Anglicè dicitur.

Erica baccifera *Matth.* baccif. procumbens *Ger.* baccif. Matthioli *J. B.* baccif. nigra *Park.* baccif. procumbens nigra *C. B. Berry-bearing heath. On the Moors and Fells in Stafford-ſhire, Darby-ſhire, York-ſhire, &c. Alſo on the black heathy grounds in Warwick-ſhire, &c. The Country people call the berries Crow-berries and Crake-berries, Crake ſignifying a Crow in the Northern dialect.*

C. Erica pumila altera Belgarum *Lob.* Brabantica folio Coridis hirſuto quaterno *J. B.* pumila Belgarum Lobelli, ſcoparia noſtras *Park.* folio Coridis 13 *Cluſ.* folio Coridis 7, ſive ex rubro nigricans ſcoparia *C. B.* major flore purpureo *Ger. emac. Low-Dutch-Heath, or Broom-heath.* In ericetis locis humidioribus. Huc

etiam puro referendam Ericam Anglicam parvam capitulis hirsutis *J. B.* quam se à D. Petro Turnero ex Anglia siccam accepisse scribit. In hac folia hirsuta quaterno ordine caules vestiunt. Flores in summitatibus ramulorum conferti, ampli, pallidè purpurei. Quid velit C. Bauhinus per Ericam suam hirsutam Anglicam non intelligo, cùm illam speciem neque ego uspiam vidi in Anglia, neque à quoquam audivi illam sponte hic provenire.

Erica foliis Corios multiflora *J. B.* maxima purpurascens longioribus foliis *C. B* Coris folio maxima purpurascens *Park.* Juniperifolia Narbonensis densè fruticans *Lob. Juniper, or Firreleaved heath, with many flowers. By the way-side going from Helston to the Lizard-point in Cornwal, plentifully.* Eandem observavi in Gallia Narbonensi eundo à Monspelio hinc versus Pedenatium, indè versus montem Lupi.

Erica supina maritima Anglica *Park. Lob. English low Sea-Heath. I have found this in several places, as in Loving-land, just over the Water at Yarmouth, and in the Marshes about Thurrington in Essex*, &c.

Erica tenuifolia *Ger.* virgata sive sexta Clusii *Park.* pumila calyculato Unedonis flore *Lob.* humilis cortice cinericeo, Arbuti flore *C. B.* ramulis ternis, floribus saturatioribus purpureis *J. B. Fine-leaved Heath.* In incultis & ericetis. Flores non in summitatibus duntaxat ramulorum existunt, sed secundùm eorum longitudinem.

C. Erica vulgaris *Ger. Park.* folio Myricæ I, sive Erica vulgaris glabra *C. B.* vulgaris humilis semper virens flore purpureo & albo *J. B.* In ericetis. Variat nonnunquam floris colore, ut & hujus generis reliquæ, *Common Heath.*

Erica vulgaris hirsuta *Ger.* myricæ folio hirsuta *C. B.* myricæ folio, tomentosis & incanis foliis Clusio *J. B.* vulgaris hirsutior *Park. Common rough-leaved Heath.* Locis incultis supra Windesoram invenit Clusius. Quæ

& passim occurrit non minùs frequens quam vulgaris glabra, à qua, nostrâ sententiâ, non differt specificè, cum ei præter hirsutiem per omnia similis sit; Nam glabra quoque alibi elatior est, alibi humilior, & flore nunc dilutiore, nunc saturatiore, ac proinde notæ illæ Clusii nihil valent.

N. 1. Tum succus tum aqua florum destillata rubore oculorum tollit, & dolorem mitigat: quin & colicâ laborantibus utiliter exhiberi expertus est Tragus.

2. Fomenta & balnea sudatoria è floribus confecta, podagricis & paralyticis membris conducere creduntur.

3. Aqua in qua herba decocta est, pota & in balneo usurpata, valet ad vesicæ calculos comm nuendos, & expellendos; experimento Matthioli.

4. Oleo ex Ericæ floribus confecto ad tollendos herpetes fœdos & inveteratos totam faciem occupantes, Rondeletium magno successu usum, scribit Clusius.

5. Nec mel quod de hujus floribus legunt apes nostrates adeò improbum est, ut scribunt Dioscorides & Plinius, sed paulò duntaxat coloratius.

6. Quomodo in Scotia parietes tum casarum rusticarum tum hortorum extruant Ericâ, vide apud *J. B.* Ovium gregibus hyberno tempore pabulum præbet, & ignibus fovendis inopiâ lignorum inservit.

C. Erūca aquatica *Ger. emac. Park.* Eruca quibusdam sylvestris repens flosculo parvo luteo *J. B.* An Eruca sylvest. minor luteo parvóque flore *C. B? Small-Water-Rocket.* Ad fluvios & fossas.

Erūca marina *Ger.* marina Anglica *Park.* Cakile quibusdam, aliis Eruca marina & Rhaphanus marinus *J. B.* Eruca maritima Italica siliquâ hastæ cuspidi simili *C. B. Sea-Rocket. On the sandy shores in many places.* Parkinsonus Erucam maritimam Italicam ab Anglica distinguit: Nos non separamus. Descriptiones enim & tituli illius huic benè conveniunt.

Erūca ſylveſtris *Ger. Dod.* ſylv. vulgatior *Park.* ſylv. major lutea caule aſpero *C. B.* tenuifolia perennis flore luteo *J. B. Wild Rocket.* In muris & ruderibus multis in locis; *as upon the walls of Yarmouth, Cheſter, Taunton-caſtle,* &c.

Erūca Monenſis laciniata lutea. *Jagged yellow Rocket of the Iſle of Man.* An Eruca ſylv. minor lutea Burſæ paſtoris folio *C. B? we found it plentifully, going from the landing-place at Ramſey to the Town.*

N. Eruca calfacit & ſicc. intensè, Uſus præcipuè in Venere ſtimulanda, Apoplexiâ præſervandâ. Extrinſecùs impoſita radix extrahit oſſicula fiſſa. Pituitam è cerebro prolicit in apophlegmatiſmis. *Schrod.*

Eryſimum latifolium Neapolitanum *Park.* IV, ſive latifolium majus glabrum *C. B. Broad-leaved Hedge-Muſtard of Naples.* Circa Londinum variis in locis, præcipuè in aggeribus terrenis inter Urbem & *Kenſington.* Ex quo Urbs incenſa eſt annis 1667. & 1668. intra muros ipſos in ruderibus circa templum S. Pauli copioſiſſimè provenit. Vidimus & in muris Bervici.

C. Eryſimum vulgare *C. B.* Er. Dioſcoridis Lobelio *Ger.* Tragi, floſculis luteis juxta muros proveniens *J. B.* Irio ſive Eryſimum vulgare *Park. Hedge-Muſtard.* Ad ſepes & muros.

N. 1. Lobelius tantas ei attribuit dotes, quæ aſthmaticis & ſarctui pulmonum, vociq; raucæ etiam diuturnæ & propè inviſtæ ſunt adeò præſenti præſidio, ut fidem ſermè ſuperent. Vide *Adv. Lob.*

2. Uſus præcip. in mucilagine contumaci pulmonum atque tuſſi chronica: extrinſecùs in Cancro non exulcerato tumoribúſque renitentibus.

Eryngium marinum *Matth. Dod. Ad. Lob.* (cui & Acanos Plinii) *Ger. Park. J. B.* maritimum & Geſn. hort. *C. B. Sea-Holly, or Eringo.* In litoribus arenoſis.

Eryngium vulgare *J. B.* vulg. & Camerarii *C. B.* Mediterraneum *Ger.* Mediterraneum ſive campeſtre *Park.*

Common

Common Eringo. On a rock which you descend to the ferry, from Plymouth over into Cornwall: It was sent me by Mr. Thornton, who observed it not far from Daventry in Northampton-shire beside the old Roman way called Watling-street, near a village called Brook-hall.

N. 1. Epatic. nephritic. & alexipharm. est. Usus præcip. in obstructis mensibus, urinâ, hepate, vesicâ biliariâ, &c. & hinc in ictero. *Schrod.*

2. Radix Eryngii marini Saccharo condita apud nos in frequenti usu est, & censetur Veneris incentiva, utilis adversus pestem & aeris contagionem, tabidis & macilentis valdè proficua. Valet insuper & ad luem Veneream.

C. Esula exigua Tragi *Ger. emac.* Tithymalus cyparissias 3, i. e. Tithym. sive Esula exigua *C. B.* Tithym. leptophyllos *Park.* minimus angustifolius annuus *J. B. Dwarf-Spurge, or small annual Spurge.* Inter segetes.

C. Euonymus vulgaris *Park.* I, seu vulgaris granis rubentibus *C. B.* Euon. Theophrasti *Ger.* Euon. multis, aliis Tetragonia *J. B. Spindletree, Prick-wood.* Maio floret, appetente autumno filiquæ quadrangulæ purpureo tinguntur colore.

N. 1. Hujus tres quatuórve baccæ tam per vomitum quàm per secessum purgant. Pulvis exiccatarum in usu est apud nostrates mulierculas ad pediculos interimendos, & furfures capitis abstergendos.

2. Ex hujus ligno fusi muliebri netu celebres in Germania detornantur, unde nomen *Spindle-tree.*

C. Eupatorium cannabinum *Park. C. B.* cannab. mas *Ger. emac.* adulterinum *J. B.* Eupat. Avicennæ creditum *Cam. Common Hemp-Agrimony, or Dutch-Agrimony.* Ad rivos & aquas fluentes.

C. Eupatorium aquaticum folio integro *Park.* Eupat. cannab. fœminæ varietas altera *Ger. emac.* Eupat. 3, sive Cannabina aquatica folio non diviso *C. B.* Verbesina pulchriore flore luteo *J. B.* in Append.

tom. 2. *Water-Hemp-Agrimony, with an undivided leaf.* In aquis. *In Cambridge-shire we first observed it in the ditches, near the great Bridge at Audry-causley in the Isle of Ely. It is very common by Rivers sides, and in watry places.*

C. Eupatorium cannabinum fœmina *Ger.* aquaticum duorum generum *Park.* 2, sive Cannabina aquatica folio tripartitò diviso *C. B.* Verbesina sive Cannabina aquatica flore minùs pulchro elatior & magis frequens *J. B. Water-Hemp-Agrimony with a yellow flower.*

N. 1. Mas calf. & sicc. saporis est amariusculi, Epatica & vulneraria. Usus præcip. in cachexia, catarrhis & tussi, in urina & mensibus retentis, &c. Extrinsecùs è nobilissimis est vulnerariis. *Schrod.*

2. Radicibus vim purgatricem inesse suo experimento confirmat Gesnerus, cui earum decoctum vomitum excitavit.

3. In Belgio Rustici feliciter icterum curant hujus plantæ decocto. *D. Regemorter* in MS.

C. Euphrasia *J. B. Ger.* vulgaris *Park.* Officinarum *C. B. Eye-bright.* In pascuis.

N. 1. Suffusionibus & caligini oculorum conducit quoquo modo sumpta, sive intus sicca in pulvere, sive recens contusa & imposita. Memoriam etiam roborat. Ad eadem valet & succus expressus, & aqua ejus destillata sive intus sumpta, sive exteriùs applicata. ℞. Macis ʒ ß. Euphrasiæ ʒ ij. Fiat pulvis subtilissimus. Dosis factis debitis evacuationibus ʒ ii. valet ad Scotomiam & imagines. Maroldus pulverem Doctoris Elidæi eum appellat. Fuchsius in catarrhactis seu suffusionibus commendat. D. *Hulse.*

2. Herbam vino decoctam ac propinatam morbo arquato utilissimam se comperisse scribit Tragus.

Euphrasia lutea latifolia palustris. *Great yellow Eye-bright.* In agri Cornubiensis occidentaliori parte ad rivos & in palustribus copiosè. Cùm putem hanc plantam nondum

nondum descriptam esse, descriptionem à me factam adjicere non pigebit. Cratæogono Euphrosynes facie seu Cristæ galli non multum dissimilis est. Radix ei simplex, alba, sapore nullo insigni. Caulis pedalis, rotundus, hirsutus. Folia nunc bina ex adverso, nunc alternatim in caule crescunt, nullis pediculis, Cristæ galli aut Cratæogoni Euphrosynes foliis similia, è latâ basi in tenuem mucronem sensim definentia, digitum nonnunquam aut sesquidigitum longa, per margines dentata, rugosa. Ex alis foliorum emergunt flores Fistulariæ, galeati, flavi, labello latiusculo & in 3 lacinias diviso, è calyce oblongo, striato, in 4 segmenta expanso. Continet autem calyx vasculum seminale oblongum, in binas cellulas seu loculamenta divisum, habens in apice stylum prælongum à flore reflum. Semen exiguum, rotundum, ruffum. Tota planta (cùm in statu est) glutine quodam seu lentore viscoso madet. Floret Julio & Augusto. Primò observavi circa oppidum S. Columbi, & deinceps in Occidentalioribus Cornubiæ plurimam. Huic admodum similis est si non eadem Cristæ galli affinis Romana planta sive Crista galli major Italica *J. B.*

Euphrasia rubra, *v.* Cratæogonon Euphrosynes facie.

F

C. FAba major vulgaris *Ad.* major hortensis *Ger. Park.* Faba, cyamos leguminosa *J. B.* Boona sive Faselus major *Dod. Great Garden-beans.* Color seminis variat: plerunque albus est, interdum verò ruber.

C. Faba minor sive equina *C. B.* minor sylvest. *Park.* 3, sive communis *Ger. emac. Field-beans, or Horse-beans.* Seritur in agris.

N. 1. Farina fabarum emplastica est, refrigerat, siccat, incrassat, exterget; utilis intra corpus in Diarrhœa,

rhœa, Lienteria, &c. extra in maculis à sole contractis aliisque cutis sordibus extergendis (si illâ fricentur) in fugillatis discutiendis. Aqua destillata ex floribus diuretica est, maximique usûs in maculis faciei extergendis, eâque fucandâ. *Schrod.*

2. Symbolum illud Pythagoricum Ἀπὸ κυάμων ἀπέχεσθ variè interpretantur Autores. Alii de Fabis simpliciter accipiunt, à quibus ideò abstinere præcipit Pythagoras, quia sunt flatulentæ, Veneris incentivæ, & mentis tranquillitati contrariæ, insomnia turbulenta excitantes; vel ut alii volunt (teste *Plinio* lib. 18. cap. 12.) quia mortuorum animæ sunt in iis, & quia in floribus earum literæ lugubres reperiantur. Alii κυάμους symbolicè & ænigmaticè testiculos appellatos aiunt, quia sunt αἴτιοι τοῦ κύειν, unde non à Faba comedenda (quâ ipse frequenter vescebatur) sed à rei Venereæ proluvio voluisse Philosophum homines deducere. Tandem alii à muneribus Reip. tractandis abstinendum interpretantur. Nam Veteres vice calculorum in magistratibus eligendis Fabis utebantur.

3. An Boona sive *Bean* sit Veterum Faba, non levis est inter Botanicos controversia. Vide sis Dodonæum & J. Bauhinum. Certè Veterum faba parva fuit & rotunda, ut patet ex innumeris ferè locis Theophrasti, Dioscoridis, &c. E contra impossibile ferè est, certè vix credibile, quòd legumen adeò vulgare & quotidiani usûs, in desuetudinem abierit, aut nomen mutaverit, inque ejus locum & nomen Boona successerit nemine conscio. Hæc enim nobis pro Faba, & Faba à Latinis pro κυάμῳ unanimi consensu tradita est. Totâ Insubriâ & Liguriâ recentes Fabæ vendentium voce appellantur Baianæ. *Hermol.* Unde (ut verisimile est) & nostrum & Germanicum *Bean* sive *Boon.* Fagus *Ger. Park. C. B. & aliorum.* Fagus Latinorum, Oxya Græcorum *J. B. The Beech-tree.* In Meridionalibus Angliæ, viz. Cantio, Sussexia, Southampto-

nia,

nia, &c. vulgatissima, unde miramur Jul. Cæsarem in *Comment.* Fagum Britanniæ denegâsse.

N. 1. Hujus lignum in tenuissimas laminas flexiles dissectum, enfium vaginis firmandis interseritur. *J. B.*

2. Folia recentia tusa & imposita calidis tumoribus prosunt, eósque discutiunt. Aqua quæ in cavis Fagis & quercubus quandoque reperitur, singulare est remedium ad omnis generis scabiem, lichenas, impetigines. *Trag.*

3. Faginâ glande delectantur & saginantur glires, mures, sciuri, aviculæ, ac etiam sues. Nobis observatum, sagineam glandem potissimùm virentem & nondum exiccatam, si paulò copiosius comedatur, Lolii instar caput tentare. *J. B.*

C. Ferrum equinum Germanicum siliquis in summitate *C. B.* equinum comosum *Park.* Ornithopodio affinis vel potiùs Soleæ aut Ferro equino herba, *J. B. Tufted Horse-shooe vetch. On the chalky grounds about Gogmagog-hills, and in the like places.*

C. Fegopyrum *Dod.* Tragopyron *Ger. emac. Park.* Fagotriticum *J. B.* Erysmum Cereale *C. B. Back-wheat, in some places called Brank, in others Crop.* In Suffolciæ maritimis, inque Essexia circa Colcestriam, & alibi.

N. Usus hujus ad pultes & panem etiam pro plebeiis; ad pullos saginandos: quin & è seminibus oleum exprimitur in Belgio.

C. Festuca avenacea sterilis elatior *C. B.* Bromos herba sive Avena sterilis *Park.* Bromos sterilis *Ger.* Ægilops Matthiolo fortè *J. B. Great wild Oat-grass.* Ad sepes.

C. Festuca avenacea hirsuta paniculis minùs sparsis. Gramini murali Dalechampii simile si non idem *J. B. Rough Oat-grass, with more compacted panicles.* Gramen hoc, quo nihil in Anglia frequentius in muris & agrorum marginibus, satis bene respondet descriptioni J. Bauhini; caules enim habet vel pedales vel etiam cubitales

cubitales & altiores pro ratione ſoli in quo creſcit. Folia ad genicula hirſuta plerunque & ferè caneſcentia. Juba diſtichon habet partium texturam ſpicas breves imitatam, ariſtis mollibus brevibus glumas etiam molles ſtriatas plurimùm hirſutas armantibus, ſquammatim incumbentes, & ſtrigoſiores quidem quàm Graminis *du Gros*, ſatis tamen turgidas. Plerique Botanici videntur hoc genus confundere cum gramine *du Gros J. B.* cùm reverâ inter ea ſpecifica interſit differentia. Figura Feſtucæ alterius apud Dodonæum, quæ occurrit etiam in Lobelio ſub titulo Bromi ſterilis alterius, in Gerardo ſub tit. Bromi alterius, & in Parkinſono ſub tit. Avenæ ſterilis minoris, melius convenit plantæ de qua agimus quàm Gramini *du Gros*. Spicæ tamen nonnihil pendulæ pinguntur, cùm in hac ſpecie plerunque erectiores ſint.

Feſtūca altera *Dod.* Gramen Feſtucæ I, ſive Feſtuca graminea glumis hirſutis *C. B.* At glumæ in noſtra ſunt glabræ. Gramen *Gros* Montbelgardenſe *J. B. Drank. or Oat-graſs, with larger and more ſparſed panicles. Found among Corn in the Iſle of Man, and upon Dorſthill-hill, not far from Tamworth in Warwick-ſhire.* Hanc ſpeciem extra ſegetes non obſervavi neque in Anglia, neque in exteris regionibus. A præcedenti differt, quòd paniculæ habitiores ſint, magis ſparſæ & dependentes, minûſque hirſutæ. Icones *C. B.* & *J. B.* huic optimè conveniunt, deſcriptiones aberrant in eo quod glumas hirſutas faciant, quæ huic omnino glabræ ſunt, ni malè memini. Lobelius, Gerardus, & Parkinſonus, videntur ſpecies haſce confudiſſe.

C. Feſtūca utriculis lanugine flaveſcentibus *C. B.* Ægilops bromoides *Ger. emac.* Ægil. bromoides Belgarum *Park.* Æg. quibuſdam ariſtis recurvis, ſive Avena piloſa *J. B. Bearded-wild-Oats, or Haver.* Inter ſegetes. Harum vires nondum ſunt exploratæ.

C. Filipendūla *Ger. J. B.* vulgaris *Park.* vulgaris, an Molon Plinii *C. B?* Oenanthe vulgaris *Ad. Common Dropwort.*

Dropwort. In pratis & pascuis montosis.

N. 1. Attenuat, subastringit, discutit, diuretica est. Usus præcip. in Tartareâ mucilagine pulmonum, urinâ retentâ, calculo renum & vesicæ, colicâ flatulentâ, albo mulierum profluvio. Extrinsecùs in tumore hæmorrhoidum. *Schrod.* Commendant quoque pulverem radicis cum melle aut ejus decoctum adversùs morbum comitialem.

2. Radix Filipendulæ in lochiorum nimio fluxu usûs est eximii. *D. Needham.*

C. Filix fœmina *Ger.* fœm. vulgaris *Park.* major & prior Trago, sive ramosa repens *J. B.* ramosa major pinnulis obtusis non dentatis *C. B. Female-Fern, or common brakes.* Ubique nimis frequens.

Filix florida sive Osmunda regalis *Ger.* Osmunda regalis sive Filix florida *Park.* Filix ramosa non dentata florida *C. B.* F. floribus insignis *J. B. Water-Fern, or flowring-Fern, or Osmund-Royal.* Variis in locis. *I have observed it in boggy places in most Countries I have passed through, as in Middlesex, Suffolk, Cornwal, York-shire, and Westmorland, in boggy and wet grounds, in the valleys, among the mountains, abundantly; and in the like places in Wales; and where I now am at Middleton in Warwick-shire, by the pale of the new Park. It grows very plentifully on the Rocks about the Isle of Man.*

Filix marina Anglica *Park.* Filicula petræa fœmina, sive Chamæfilix marina Anglica *Ger. emac.* Filicula maritima ex insulis Stœchadibus *C. B. Dwarf-Sea-Fern. On the Rocks about Prestholm-Island near Beaumaris, and at Llandwyn in the Isle of Anglesey, and about the Castle of Hastings in Sussex; also on the Church at Aberdaren in Carnarvan-shire, and elsewhere.*

C. Filix mas *Ger.* mas vulgaris *Park.* non ramosa 3, sive dentata *C. B.* F. vulgò mas dicta sive non ramosa *J. B. Male-Fern.* Hæc vulgaris est notitiæ, & ubique in Anglia frequens.

N. Radix hujus generis mulieribus inimica; sterilitatem

litatem enim facit, conceptionem impedit, &c. *Trag.*

2. Quòd si equus conciderit, nesciatúrque quâ ægritudine laboret, particula hujus radicis linguæ ejus subjiciatur; quo facto equus confestim utrinque dejiciet excrementa, rursúsque consurget; id quod ipse ita se habere comperi. *Trag.* Mirum hoc si modò verum.

C. Filix mas ramosa pinnulis dentatis. *Ger. emac. Branched-male-Fern, with indented leaves.* In umbrosis, præsertim sabulosis aut petræis ubi aquæ scaturiunt.

Filix mas non ramosa pinnulis angustis raris profundè dentatis *Ger. emac.* mollis sive glabra, vulgari mari non ramosæ accedens *J. B?* *Male Fern, with thin-set deeply-indented leaves.* Et hæc iisdem cum priore in locis invenitur, plus tamen gaudet aquosis.

Filix mas non ramosa pinnulis latis auriculatis spinosis. *Ger. emac.* An Filix Lonchitidi affinis *J. B?* mas aculeata major *C. B. Prickly male Fern.* In umbrosis & aggeribus fossarum. Hæc species nonnihil variat, cum & sine auriculis.

C. Filix palustris seu aquatica. An Filix minor non ramosa *J. B?* Tum descriptio, tum locus conveniunt. *Marsh or water male Fern.* Filici mari communi similis est, sed plerunque minor, pallidior, & sublutea: pinnulæ quoque circum oras minime sunt dentatæ. In palustribus & aquosis.

Filix pumila saxatilis altera Clusii *Park.* saxat. 3, sive non ramosa, nigris maculis punctata *C. B. Male stone-Fern.* In montibus saxosis Derbiensibus, Eboracensibus & Westmorlandicis copiosè. A præcedenti natalibus & magnitudine sua præcipuè differt; illâ enim multò minor est.

Filix saxatilis caule tenui fragili. An Filix saxatilis crispa *Park?* Saxatilis IV, sive Alpina crispa *C. B?* *Finecut Stone-Fern, with slender and brittle stalks. Upon old Stone-walls and Rocks, in the Mountains of the Peak in Darby-*

Darby-ſhire, and the Weſt-riding of York-ſhire, and in Weſtmorland.

Filicula montana florida perelegans, ſeu Adianthum album floridum. *Small flowring Rock-Fern. At the bottom of Stone-walls, made up with earth, in Orton-Pariſh, and other places of Weſtmorland, plentifully.*

Radix ei firmiter in terram depacta plurimis fibris rufeſcentibus conſtat, guſtui amara. Folia ex eadem radice multa longis pediculis inſident, palmaribus ſc. aut ſemipedalibus ſatis firmis, glabris, virentibus; ipſa quoque obſcuriùs virentia quam reliquarum hujus generis, Adianthi albi folia magnitudine & diviſura ſua nonnihil imitantia, majora tamen atque profundiùs & argutiùs ſecta. Sunt autem duarum formarum, alia ſegmentis latioribus conſtant, ſuntque tenuiter inciſa, & Petroſelini criſpi folia quadantenus referunt: alia ſegmentis longis anguſtis, ad margines undique reflexis, granuloſis. & flores dictos Oſmundæ regalis referentibus. Sapor foliorum acris & mordax.

N. 1. Filix ſplenetica eſt & amara, ſubaſtringit, aperit. Uſus præcip. in obſtructionibus viſcerum, inprimis lienis & uteri. Extrinſecus commendatur ad ambuſta [extracta mucilago] Gravidis infenſa cenſetur. *Schrod.*

2. Armoricos & Neuſtriorum ultimos qui vaſtas ſylvas colunt, in frugum inopia è radice Filicis panem conficere notum eſt ex Dalechampii relatione; ejuſdémque cineribus vitrea vaſa coloris viridis & ſubobſcuri fingunt.

3. Filicis floridæ radix ad hernias & ulcera exploratiſſimi commodi eſt, quinetiam pars ejus media ſubcandida efficaciſſima putatur non modò vulneratis, ſed & caſis. ruptis, ex alto deturbatis, decocta vel etiam tuſa & cum aliquo liquore ſumpta. Rachitidi morbo remedium præſtantiſſimum & quaſi proprium aut ſpecificum cenſetur, cui percurandæ vel ſola hæc radix ſufficiat. In Rachitide uti ſoleo conſerva Aſparagorum

gorum seu germinum teneriorum & primò erumpentium hujus, ut & Filicis maris, vel Asplenii, vel Phyllitidis. *D. Bowles.*

4. Radix [Filicis fœm. vulg. intellige] lumbricos longos & latos enecat quorum præsentissima pestis est. Dos. ʒ i. Has Filicis radices inter secretissima secreta adversùs lumoricos habent & venditant Agyrtæ. Antonius Battus inter rariora sua ad ambusta omnia radicem Filicis prodesse observavit, si sequenti ratione subigatur. ℞. Rad. Filicis q. s. Ex contusis succum exprime, vel in defectu recentium radicum sume exiccatas, & affunde aq. rosaceam vel aliam communem, tunc per expressionem succus mucilaginosus exprimatur. Hic præ omnibus aliis remediis mirificè prodest. Item, Incolæ insulæ *Fero*, (ut à fide dignis accepi) radices Filicis in cerevisia coquunt, certóque experimento hoc decoctum adversùs calculum usurpant. *Simon Paullus.* Quod ad ambusta attinet, Tragus etiam mucilaginem radicis mirificè conferre scribit, ubi reliqua omnia medicamenta auxilium negant.

5. Filicem reliquásque herbas capillares semine carere affirmant Veteres, Theophrastus, Dioscorides, Plinius, Galenus, alii ; è Recentioribus Dodonæus, Spigelius in *Isagoge.* Semine donatam esse Johnsonus apud *Ger.* Parkinsonus in *Theat.* Bauhinus uterque, Tragus, aliique. Volunt autem semen adnasci aversæ foliorum parti in punctis illis aut lineolis pulverulentis ferrugineisve, quæ ibi visuntur, quamvis adeò minutum sit, ut visum fugiant granula ejus singularia. Quid quod D. Goodyerus referat, se aliquoties vidisse sub veteri & adulta Filice juvenes tenellas & recens natas Filiculas, à semine deciduo (ut verisimile est) ortas. Quæ verò circumferuntur de collectione seminum Filicis, quam quidam ipso solstitiali die, alii vigiliis S. Joannis Baptistæ instituendam asserunt: inte-

is

is ſubſtratis, frivola ſunt, ſuperſtitioſa, nec memoratu digna.

† Flos Adonis *Park.* F. Adonis flore rubro *Ger.* F. Adonis vulgo, aliis Eranthemum *J. B.* Adonis ſylveſtris flore phœniceo ejúſque foliis longioribus *C. B. Adonis flower, Red Maithes. This is ſaid to grow among the Corn in Kent, and in the Weſt-part of England. I could never yet eſpy it.*

Fœniculum vulgare *Ger. Park.* vulg. Germanicum *C. B.* vulg. minus acriore & nigriore ſemine *J. B. Common Fennel. upon the banks by the Sea-ſide in Cornwal towards the lands end plentifully, alſo upon the chalky cliffs at the Weſt-end of Pevenſey marſh in Suſſex, and elſewhere.*

N. 1. Seminum pulvis cum ſaccharo manè quotidie jejuno ventriculo ſumptus viſum acuit. Ad caliginoſos oculos hoc ſemine nihil efficacius (inquit Tragus) Idem præſtat ſuccus foliorum aut aqua deſtillata oculis indita.

2. *Semen* ventriculum roborat, nauſeam ſedat, flatus diſcutit, ſecundùm tritum illum verſiculum, *Semen Fœniculi reſerat ſpiracula culi.* Medicamentis thoracicis admixtum aſthmaticos juvat, venenis adverſatur.

3. *Folia* in aqua hordei decocta lac nutricibus augent. Quin & foliorum aut ſeminis decoctum dolores nephriticos lenit, urinam movet, calculum pellit.

4. *Radices* menſes provocare, obſtructiones hepatis & lienis reſerare, ictero mederi dicuntur.

5. Herba tota juſculis & ſorbitionibus incocta ad corpus obeſum extenuandum utilis eſſe perhibetur.

6. Germina Fœniculi teneriora antequam excauleſcant, cum ſuperna radicis particula, unde ſci. emergunt, deciſa, cum oleo ac pipere menſis ſecundis adjiciunt Itali & Narbonenſes Galli, eodem modo quo Apium dulce. v. ſupra.

C. Fragaria *Ger.* vulgaris *Park. C. B.* Fragaria ferens Fraga

Fraga rubra *J. B. Common Straw-berry.* In ſylvis.

C. Fragaria minimè veſca *Park.* minimè veſca ſive ſterilis *Ger emac.* 7, ſive ſterilis *C. B.* non fragifera vel non veſca *J. B. Barren Straw-berry.* In paſcuis & ericetis.

† Fragaria fructu hiſpido *Ger. emac. Rough Straw-berry. Found by John Tradeſcant the elder in a womans garden about Plymouth, whoſe daughter gathered it abroad, and planted it there.* Eſt tamen, ut opinor, luſus potiùs naturæ quàm ſpecies diſtincta.

N. 1. Fraga refrigerant & humectant, venenis reſiſtunt, picrocholis conveniunt & ſiticuloſis; ſed copioſiore cibo caput tentant, & in ventriculo putreſcere apta ſunt, ac proinde in febribus ab iis abſtinendum.

2. Aqua fragorum deſtillata cor confortat, vitia thoracis expurgat, morbum arquatum diſcutit, ſanguinem purgat & emendat: ulceribus oris & anginæ auxiliatur gargariſatu, faciei ruborem & maculas tollit collutu; calculum renum comminuit. Aquam ex infuſione Fragorum in aqua ardente ad calculum efficaciſſimam vide apud *J. B.*

3. Herba refrigerat & ſiccat moderate, diuretica eſt uſuſque crebri in ictero, ut & in gargariſmis & balneis, in cataplaſmatis, &c. ad ſiſtendos ſanguinis fluxus, ad dyſenteriam, ulcera ſordida purganda; ad catarrhos & deſtillationes cohibendas.

4. Hujus Decoctum cum tota (ut loqui amant Medici) h. e. plantæ integræ cum foliis, radicibus & flagellis, optimo cum ſucceſſu ictericis propinatur vel ſeorſim, vel aliis huic malo propriis medicamentis admixtum. *M. Rulandus* poſt corpus extracto Eſulæ purgatum illud præſcribere ſolebat hac formulâ. ℞. Fragariæ M. iii. Paſſularum exacinatarum ℥ iiii. bulliant in aq. font. ad ſufficientiam, & bibe.

C. Fraxinus

C. Fraxinus *Ger.* vulgaris *Park.* I, sive excelsior *C. B.* prior & Βυελία Theophrasto *ejusdem.* Fraxinus vulgaris, Μελία Dioscoridis, Μελίας genus excelsum & procerum Theophrasto *J. B. Common Ash-tree.* In sylvis & sepibus.

N. 1. Folia siccant validè, curántque ictus serpentum, sed usùs sunt rarioris. De antipathia inter serpentes & hujus arboris ramos foliáque, mira refert Plinius, quæ quoniam se expertum affirmat, ascribere non pigebit. Tanta est vis, inquit, ut nè matutinas quidem occidentésve umbras, quum sunt longissimæ, serpens arboris ejus attingat, adeò ipsam procul fugiat. Experti prodimus; si fronde ea gyro claudatur ignis & serpens, in ignem potiùs quam in Fraxinum fugere serpentem, &c. *Plin. hist. lib. 16. cap. 13.* M. Charas in Experim. de Vipera nuper editis Gallicè, pag. mihi 114. asserit se facto circulo è foliis Fraxini qui habuerat circa tres pedes Diametri, viperam vivam in eum immisisse, quæ folia (ut videtur) nihil verita illico sub iis sese occultatum ivit.

2. Cortex & lignum siccant itidem & attenuant, splenis duritiem specificè emolliunt, diuretica sunt & lithontriptica, cáq; non è postremis. *Schrod.* Sal Fraxini sudores movere dicitur,

3. Semen calfacit & siccat valide, conducit epaticis, pleuriticis, calculosis. Chymici moderni, & præ cæteris *Glauberus*, ad calculum conterendum miris illud præconiis extollunt. Quin & Veneris incentivum esse dicitur.

4. Pulvis linguæ avis maturæ, h. e. Fraxini seminum, ad lienem tumidum, ictérum & hydropem remedium est præstantissimum. *D. Bowle.*

5. Ex hujus ramis & foliis etiam [in Calabria] æstivis mensibus exudat manna, & in granula solis calore concrescit. Nam Mannam vulgarem Officinarum non esse rorem cœlestem aut mel aereum, evidentissimis argumentis & experimentis probant tum Pena

& Lobelius, tum præcipuè Altomarus. Idem etiam mihi cùm in Italia peregrinarer confirmavit eruditiſſimus naturæ myſtes D. Thomas Cornelius M. D. Neapolitanus, Conſentiâ Calabriæ oriundus, teſtis αὐτόπτης & omni exceptione major, qui in ramulis & foliis linteo à ſe curiosè contectis Mannam ſæpiùs collegit. Eſt autem Manna duplex; 1. *Spontanea*, eaque vel *corporis* (ut vocant) vel *folii*; quarum prior è ramis aut trunco exudat, poſterior è foliis. 2. *Cocta*, quam *Sforzatellam* vocant, quæ è trunco vel ramis vulneratis extillat. Verùm de Manna prolixiùs agere non eſt noſtri inſtituti.

Fucus balteiformis. Fucus maritimus 3, ſive F. longiſſimo, lato craſóque folio *C. B. in Prod. Sea-belt.* Non eſt hic fucus idem cum ſequenti ſive arboreo polyſchide *C. B.* quicquid dicat Johnſonus apud *Ger.* ſed longè diverſus. Namque hic unicum tantùm producit folium longius latiúſque multò quàm illius folia, & rugis flexuoſis media parte inæquale, ac ſi acupictum eſſet. In litus Eboracenſe circa *Whitby*, & Cornubienſe inter *Penſans* & *Marketjeu*, abundè rejectum obſervavimus.

Fucus phaſganoides & polyſchides *Ger. emac.* maximus polyſchides *Park.* arboreus polyſchides *C. B. Sea-girdle and hangers.* Cum priore. Vidimus etiam rupibus ſingulis maris acceſſibus aquâ ſubmerſis innaſcentem, circa inſulam Monam & alibi.

Fucus marinus ſecundus Dodonæi *Park.* Fucus ſive Alga anguſtifolia III, i. e. F. longo anguſto craſſoque folio *C. B.* Quercus marina 2. *Ger. Sea-thongs.* In iiſdem locis cum præcedentibus. Paulò ſupra radicem (in omnibus quos obſervavimus) rotula latiuſcula caulem velut axem ambit, quâ notâ ab aliis hujus generis facilè diſtinguitur, quamvis ex epithetis C. Bauhini non difficilis cognitu ſit.

Fucus marinus rotundis tenuibus longiſſimiſque loris. An F. anguſtifolius ligulas referens *C. B?* *Long Sea-laces.*

cès. Ligulæ hæ rotundæ sunt, pennâ anserinâ minores, tricubitales & longiores, non ramosæ, intùs concavæ, verùm crebris diaphragmatis interceptæ, ejusdem cum reliquis Fucis coloris, at per siccitatem albæ. *About Weymouth and Portland-Island I have found them growing to stones; and cast up on the Cornish-shore plentifully.*

† Fucus maritimus Gallopavonis pennas referens *C. B. Park. The Turkeys feather.* E Scotia à D. Cargillo ad D. Bauhinum missus. Quid sit me nescire fateor.

† Fucus spongiosus nodosus *Ger. emac. Sea-ragged-staff. Found by Dr. Johnson on the coast of Kent, about the Isle of Thanet.*

† Fucus sive Alga tinctoria *Lugd.* An Alga tinctoria *J. B? Diers-wrack. On the shore near Bridlington.* Mr. Stonehouse. *P. B.* mihi nondum conspectus.

Fucus tenuifolius foliis dentatis. *Narrow-leaved Sea-wrack, with indented leaves.* Pedalem nonnunquam longitudinem assequitur, & in multiplices ramulos seu folia dividitur. Sunt autem folia seu flagella planæ, verùm peranguſta & vix culmum lata, per margines utrinque denticellis quibusdam longiusculis ceu spinulis incisa. In litore Cornubiensi propè Pensantiam oppidum inter alia maris rejectamenta.

Fucus maritimus vel Quercus maritima vesiculas habens *C. B.* i. e. Fucus folliculaceus III. Quercus marina *Ger. Park. The most common broad-leaved Sea-wrack.* In saxis & rupibus marinis quæ singulis æstuum accessibus aquis operiuntur, ubique.

Fucus sive Alga marina latifolia minor. *The smaller broad-leaved Sea-wrack.* Cum priore, sed minùs profundè. Præcedenti similis, sed omnibus partibus minor.

Fucus sive Alga latifolia major dentata. *Broad-leaved indented Sea-wrack.* Hæc vulgari latifoliæ similis est, verùm aliquanto major & foliis circa margines dentatis; in profundioribus crescit, nec vesiculas in eo observavimus. *We found it growing plentifully in the Severn-Sea, about Aost-ferry.*

Fucus sive Alga marina angústifolia vesiculas habens. F. folliculaccus I, sive maritimus nodosus *C. B.* Quercus marina 3 *Ger. emac. Common narrow-leaved Sea-wrack.* Hujus flagella longiora sunt quàm præcedentium, angustiora, frequentibus vesiculis prædita, in acutum mucronem desinentia. Cum vulgari latifolia.

Fucus sive Alga membranacea purpurea parva. Fucus membranaceus ceranoides *C.B. Small-Purple membranaceous Sea-wrack.* Altitudinis est palmaris, foliis planis, tenuibus, membranaceis, ramosis; divisione sua plerumque dichotomian observat. Per siccitatem purpureo colore tingitur, éstque pellucida. Frequenter à mari in litus rejicitur.

Fucus sive Alga exigua foliis longiusculis crassis & subrotundis. *Small round-leaved Sea-wrack.* Longitudinem semipedalem vix assequitur, ad eundem modum dividitur quo hujus generis reliquæ. Segmenta extrema longa sunt, subrotunda, malignè viridia, per siccitatem nigra, Crithmi foliorum segmenta quodammodo referentia. In litus crebro rejicitur. Hæ sex ultimæ Fuci species, quoniam & inter se similes sunt crescendi modo foliorúmque divisurâ, & à reliquis diversæ, rectiùs seorsim & sub titulo diverso (Algæ v. g.) collocarentur.

N. 1. Fucus sive Alga marina ipsa per se, ut est à mari advecta, pro pinguissimo lætamine habetur, non secùs ac marga; éstque in frequenti usu apud Scotos maris accolas ad agros emaciatos reficiendos, ut ipsi observavimus cùm per Scotiam iter faceremus. Nec apud Scotos tantùm, sed & apud Gallos Narbonenses, ut observavit D. Lister circa Vicum oppidulum in valle Frontiniana.

Fumaria alba latifolia *Park.* alba latifolia claviculata *Ger. emac.* non bulbosa VI, sive claviculis donata *C. B.* Fumaria cum capreolis *J. B. Climbing-Fumitory.* In uliginosis, saxosis, &c. sed rariùs. *On the banks of the River Trent, not far from Ousely in Stafford-shire.* In the

the hedges as you go from Bala in Merionidh-shire, down to Pimble-mear, &c.

C. Fumaria vulgaris *Park. J. B.* non bulbosa I, seu Officinarum & Dioscoridis *C. B.* purpurea *Ger.* Capnos *Ad. Lob.* Herba melanchol ifuga *Cat. Aldr. Fumitory.* In satis.

C. Fumaria major scandens flore pallidiore. *The greater ramping Fumitory.* In hortis,& ad muros vel sepes. Hæc omnibus suis partibus major est quàm vulgaris. Flos incarnatus,mediâ parte intensè rubrâ. Foliorum pediculis vicinas stirpes apprehendit, eodem ferè modo quo Nasturtium Indicum (nam viticulos seu claviculas non habet) aliàs humi provolvitur. Hanc ejus proprietatem antea inobservatam mihi primus ostendit Jacobus Bobertus filius.

N. 1. Purgat bilem & humores adustos, clarum ob id, & purum efficit sanguinem. Quare mirè prodest morbis omnibus hos humores sequentibus, ut Lepræ, scabiei, pruritui, impetigini, serpigini, & similibus cutis vitiis, aiunt & Lui venereæ. Obstructionis hepatis aperit, pérque urinam icterum ducit. Nostrates verno tempore herbam ipsum in sero lactis decoquunt, & decoctum propinant ad sanguinem purgandum. Non minus efficax esse dicitur in Scorbuto.

2. Succus ejus vel aqua destillata oculis indita caliginem eorum discutere creditur, & hinc ei nomen, quòd claritatem faciat inunctis oculis delacrymationémque ceu fumus. *Plin.* Theriacæ admista adversùs pestem conducit.

3. Succus Fumariæ cum succo Lapathi acuti, admixto modico aceti & mellis, temperatus, ità ut unguentum fiat, omnis generis scabiem persanat illitu. *Trag.*

C. Fungus campestris albus supernè, infernè rubens *J. B.* F. esculentus 13, sive pileolo lato & rotundo lividoc. *B.* malè lividum appellat pileolum, cùm albus sit. F. esculentus 12. *Park. The most common esculent Mushrome, or Champignon.* In pascuis sterilioribus sub

finem ætatis. Deſcriptio J. Bauhini huic plantæ adamuſſim reſpondet, tum cortex ejus tum pulpa interior candidiſſima ſunt: pediculus brevis & craſſus; Lamellæ confertæ dilutè rubent aut purpuraſcunt.

Fungi albi venenati viſcidi *J. B. The white poiſonous Mauſhrome.* A præcedenti differunt pediculis longioribus tenuioribúſque; capitulis latioribus minùs craſſis quæque minùs carnis obtinent. Quin & odore hos ab illis diſcernere facile eſt, his enim viroſus & ingratus, illis ſuavis & jucundus eſt. *This ſort is common in ſhady places, among rubbiſh and under trees here at Middleton and elſewhere.*

Fungi longiſſimo pediculo candicantes ſed maculati *J. B.* F. XXIV, ſive F. pileolo lato, longiſſimo pediculo variegato *C. B.* XVIII, genus fungorum eſculentorum *Cluſ.* Fungus quercinus Μανοειδὴς *Col. The tall Navil-Muſhrome. Obſerved frequently in England by Mr. Liſter, in Auguſt, as in Cleſterton-Cloſes near Cambridge, and alſo in the wolds in Lincoln-ſhire: who likewiſe experienced it in eating to be more delicate than the French Champignon.*

Fungi pezicæ Plinii *Col.* F. noxius V, ſive acetabulorum modo cavus, radice carens *C. B.* F. eſculentus 6 *Park. Cup-Muſhrome. This ſprang out of the clefts of the ground, in that dry year of the Sickneſs continued in Cambridge* 1666. *in the Wood-ridings at Burwell in Lincoln-ſhire.* Mr. M. Liſter. Anno 1670. *I obſerved in Middleton park and elſewhere a ſort of Muſhrome like to a thick membrane or raw leather, but brittle growing out of the earth, of a deep orange-tawney or red on the upper ſide. They ſprang from one point, and ſo dilating turned round almoſt like ſeveral funnels or cups; but did not joyn their edges, and ſo could not hold water, as Columna reports of his* Pezicæ. *This may eaſily be diſtinguiſhed from all others in that it is the only Earth-Muſhrome I yet know of that imitates leaves without any ſtem, being all of one ſimilar ſubſtance and brittle.*

C. Fungi

C. Fungi arborei ad ellychnia *J. B.* F. durus arborum ſive igniarius *Park.* noxius 3, ſive F. in caudicibus naſcens unguis equini figurâ *C. B. Touchwood*, ſic apud Parkinſonum Anglicè vocatur. Tragus etiam modum conficiendi tradit. Decoquunt fungos hoſce in lixivio, & ſiccatos tundunt, rurſus nitro coquunt ut igni concipiendo idonei evadant. *In a little wood at Middleton in Warwick-ſhire, about half a mile South-eaſt of the Church.*

Fungus pænè candidus, pronâ parte erinaceus *J. B. Toothed Muſhrome.* In ſylvis ad arborum radices. Hæc ſpecies pediculum habet craſſum brevem, qui rarò in umbilicum ſeu centrum capitelli inſeritur, ſed ad latus. Capitulum palmaris eſt latitudinis, vice lamellarum ſeu membranarum in prona ſuperficie innumeros conſertim naſcentes obtinet denticellos, echinorum ſpinulis perſimiles, verum molles & teneros, quâ notâ à reliquis ſui generis omnibus mihi cognitis, abundè diſtinguitur.

Fungus arborum & lignorum putreſcentium coloris varii. Fungus holoſericus Iridiformis quaſi colorum alternatione variegatus *Cat. Altd. Party-coloured Wood-Muſhrome.* Eſt hic, ut puto, quem *Fungum Ceraſorum* appellant, quamvis non rariùs aliis arboribus adnaſcatur quàm Cerafis, eſt autem pulchrè variegatus ductibus ad marginem parallelis aliis ſupra alios. Hujus generis plures ex eodem pede nati imbricatim ſive tegularum inſtar alter ſuper alterum conferti naſcuntur, ut rectè *J. B.* inferne foraminulis innumeris punctatus eſt, colore albicante.

N. Fungus qualiſcunque ſit, ſemper malignus eſt, ſemper exitialium qualitatum apparatu inſtructus, &c. v. *Kircher. de peſte.*

C. Fungus favaginoſus *Park. Lob.* rugoſus vel cavernoſus ſive merulius *J. B.* eſculentus I, ſive poroſus *C. B. Honey-comb-Muſhrome. We ſometime found it about Ditton in Cambridge-ſhire.*

Fungus fraxineus. *The Aſh-Muſhrome. This is hard and dry, covered with a ſmooth black skin, and within made up of a great many floors of black fibres or filaments one above another, as is ſometimes ſeen in thoſe fluores which in ſome places grow upon great ſtones and rocks.* Locum titulus indicat.

Fungus intybaceus *J. B. The Endive-like Muſhrome.* Ad radices quercuum. Memorabilis eſt magnitudinis, ex foliis totus aliis incumbentibus aliis ſubeuntibus conſarcinatus: Intybo criſpo haud inepte comparaveris, &c. vid. *J. B.*

C. Fungus parvus lethalis galericulatus *Lob. ico.* noxius 27 & 28, ſeu parvus parvi galeri formam exprimens rufus, & parvus galericulatus alter flavus *C. B.* Hos enim non exiſtimo ſpecie differre. Fungi parvi varii *J. B. The moſt common ſmall dangerous Muſhrome.* Pediculus huic tenuis longus: capitellum galeri aut metæ figurâ; Color ſuperficiei exterioris albus aut ſubluteus; interioris i. e. plagularum aut lamellarum lividus. Exiguum carnis obtinet, éſtque in uliginoſis ſub Autumnum frequentiſſimus.

Fungus parvus denticulatus *Park. The ſmall-toothed Muſhrome. I have obſerved a Muſhrome in the paſtures here [in Warwick-ſhire] ordinarily ſpringing out of dry horſe-dung or cow-dung which thus figure in Park. doth very much reſemble.*

Fungus luteus *Chanterelle* dictus, ſe contorquens eſculentus. *The yellow ſweet Muſhrome.* In ſylvis ſub arboribus. Tum figura, tum deſcriptio *J. B.* in omnibus noſtro reſpondent, excepto colore, qui noſtro flavus aut croceus, & magnitudine quæ noſtro major. Vide *J. B. lib.* 40. *cap.* 27.

Fungus poroſus magnus craſſus *J. B.* lib. 40. cap. 39. tom. 3. pag. 833. *Porous Muſhrome.* Obſervavi in paſcuis menſe Septembri. Hic nullo ſubtus membranarum plexu textilis, ſed infinitis poris foraminoſus eſt, quâ notâ ab aliis quos ego unquam viderim omnibus ſatis diſtinguitur.

Fungus

Fungus maximus rotundus pulverulentus, dictus Germanis *Pfoſiſt*. *J. B. The larger duſty Muſhrome.* Caput humanum interdum æquat aut excedit. Ima ejus pars ſubſtantiâ conſtat cohærente ſed rarâ, fungorum eorum inſtar quos excipiendis ſilice chalybéque excuſſis ſcintillis præparatos vendunt, ut recte J. Bauhinus, quem conſule.

Fungi multi ex uno pede pernicioſi. *J. B. Small yellow cluſter-Muſhrome.* Secundam horum ſpeciem ſæpiùs invenimus ad radices arborum.

C. Fungus pulverulentus dictus Crepitus Lupi *J. B.* Crepitus lupi, ſive Fungus ovatus *Park.* F. 3, ſive orbicularis *Ger.* F. noxius 42, ſive rotundus orbicularis *C. B. Puffe-balls, or duſty Muſhrome.* In paſcuis.

N. Hujus pulvis ſiccat admodum & aſtringit, unde vulneribus inſperſus ſanguinem ſiſtit, ulcera inveterata deſiccat, hæmorrhoidum fluxum cohibet; oculis tamen inimicus imò pernicioſus cenſetur.

Fungus ramoſus flavus & albidus *J B.* F. eſculentus XIX, ſive ramoſus *C. B.* F. ramoſus Barba caprina dictus *Park.* cujus tamen icon huic generi minùs convenit. *Branched or coralline Muſhrome.* Attendatur figura & deſcriptio *J. B.*

Fungus ramoſus niger compreſſus parvus, Apicibus albidis. An F. digitatus niger velut cornua exprimens *J. B?* Cujus meminit lib. 40. cap. 40. *Black horned wood-Muſhrome.* Ligno putrido præſertim radicibus adnaſcitur: éſtque durus & tenax, digiti longitudine, in ſummo velut in cornua diviſus.

Fungus pediculo bulboſo, pallidus, maculatus *J. B. This ſort I obſerved this year* [1671] *in Middleton Park among the Fern plentifully, many growing together in cluſters.*

Fungus Sambucinus ſive Auricula Judæ *Ger. Park.* noxius I, ſeu membranaceus auriculam referens, ſive Sambucinus *C. B.* Fungus Auricula Judæ, coloris ex cineraceo nigricantis, pernicioſus, in Sambuci caudice naſcens *J. B. Jews-ear.*

N. 1. F. hic exiccatus etiam per annum ſervari poteſt. In lacte decoctus aut aceto maceratus, in angina aliiſque oris aut gutturis tumoribus aut inflammationibus exhiberi ſolet ad gargariſandum aut guttur eluendum.

2. Oculorum affectibus medetur maceratus in aqua appropriatâ & impoſitus. *Schrod.*

Fungus ophiogloſſoides non deſcriptus *P. B. Adderstongue-Muſhrome. Found by Mr. Stonehouſe.* Et nos etiam in montoſis pratis agri Weſtmorlandici & Eboracenſis hunc copioſum invenimus. Color ei niger, magnitudo & ſpecies ſpicæ Ophiogloſſi, quibus notis à reliquis omnibus abundè diſtinguitur.

Fungi parvi lutei ad Ophiogloſſoiden dictum accedentes. *Yellow tongue-Muſhromes. Theſe T. W. ſhew'd me this Autumn* [1670] *in Middleton park growing among the graſs. I have ſince obſerved them in other places.* An Fungi digitelli Ruellii, Hermolai & Loniceri?

† Fungus phalloides *J. B.* Phallus Hollandicus *Park.* Fungus virilis penis effigie *Ger.* noxius 38, ſeu fœtidus, penis imaginem referens *C. B. This was brought to Doctor Brown at Norwich. This ſort of Muſhrome exactly anſwering the deſcription of Hadrianus Junius ſprang up this Autumn* [1670] *in the Orchard of Fr. Willughby Eſquire at Middleton in Warwick-ſhire plentifully. I ſhall add a more exact deſcription of the ball before the Phallus ſprings out of it.* Volva quam vocant, antequam erumpat Phallus, pilâ palmariâ aliquanto major eſt, ſubrotunda, fibrâ unicâ vel alterâ majuſculâ alimentum attrahit: tunicâ albicante ſatis craſſâ exteriùs tegitur, cui proximè ſubeſt gelatina quædam viſcoſa & pellucida; gelatinæ a. tunica ſecunda paris cum priore craſſitiei, ſuperficie interna candoris nivei, quæ ſinu ſuo amplectitur ſubſtantiam quandam coloris obſcurè & ſordidè virentis, conſiſtentiæ ferè maſſæ farinaceæ. Huic includitur tunica tertia, cellulis quibuſdam exteriùs reticulata, favi ad inſtar aut ventriculi

ventriculi bovini reticuli dicti. Erumpente phallo, tunica hæc protruditur, ſirque capitellum ſeu glans penis, ſubſtantiâ proximè dictâ ei incumbente ejuſque cellulas replente, quæ putreſcens colliquatur, & viroſum fœtidiſſimum halitum expirat. Hanc muſcæ aviditſimè appetunt & exugunt. Meditullium volvæ occupat ſubſtantia candida, levis admodum & ſpongioſa, utraque extremitate acuminata, quæ corpus veretri efficit. Verùm ex appoſita icone omnia clariùs & faciliùs intelligentur.

Fungi hi latè ſub terram radicibus ceu filis longiſſimis albis, variè implexis repunt. Radicibus hiſce ſubinde accreſcunt globuli volvæ dicti.

Fungus piperatus albus lacteo ſucco turgens *J. B.* eſculentus 10 ſeu pileolo lato, orbiculari candicante *C. B.* item 27, ſeu albus acris *ejuſdem. The Pepper Muſhrome. Found by Mr. Martin Liſter in Marton woods under Pinnomoor in Craven York-ſhire plentifully.*

Fungi hi è majoribus ſunt, campeſtres tamen [*Champignons*] magnitudine non multum excedunt, quibus etiam figurâ perſimiles ſunt, pileolis circinatæ rotunditatis, craſſis, carne multa, ſtriis ſeu lamellis ſubtus prætenuibus, laxis & profundis; pediculo tereti, ſolido & minimè concavo, craſſitudine pollicari, ſex circiter digitos tranſverſos alto. Non pediculus tantùm & pileolus, ſed & lamellæ huic plantæ candidiſſimæ ſunt, cùm campeſtribus rubeant. Ubilibet vulnerata lacteum ſuccum copioſe effundit, de quo nota,

1. Teneriores & juniores fungos promptiùs & copioſiùs lacteſcere (ut vocant) quàm adultos & plenam maturitatem adeptos; aridis & marceſcentibus nihil intus lactis apparere.

2. Succum hunc lacteum piper ſapere & olere, imo omni pipere acriùs linguam vellicare & adurere.

3. Eundem ad tactum minimè viſcidum aut lentum eſſe.

4. Quamvis

4. Quamvis eodem cultello centum minimùm hujus generis Fungos dissecuerim, lac tamen ferro illitum & diu adhæresçens colorem non mutavit, contra quam aliis plerisque vegetabilium succis lacteis accidere solet.

5. In vase vitreo quo eum excepi subito concrevit, intráque paucos admodum dies in massam solidam densabatur, nullo intermixto sero aut humore.

6. Quòd exiccatus jam acrem illum & mordacem saporem retinet, minus tamen vehementem. Exiccati color ex luteo pallidè admodum viridis est.

7. Succus hic lacteus multò promptiùs & copiosius emanat ex parte exteriore & ut ità dicam superficiali, quæ cortici in perfectioribus plantis respondet, quàm ex interioribus, quæ ligno & medullæ.

8. Fungos hos cùm lacte maximè turgerent, ut eorum acrimoniam & fervorem lingua ferre non posset, eulis quibusdam seu vermiculis refertos observavi, eorúmque recentissimos & tenerrimos à limacibus cinereis exesos. Hæc omnia *D. Lister.*

Sunt & aliæ apud nos plurimæ Fungorum species, quas aliis observandas & describendas relinquimus.

G

C. GAleopsis legitima Dioscoridis *Park.* vera *Ger. emac.* Gal. sive Urtica iners magna fœtidissima *J. B.* Lamium maximum sylvaticum *C. B. Hedge-nettle.* In sepibus & dumetis.

N. Hujus succus cum aceto adhibitus valere dicitur adversùs hæmorrhoidas, itémque ad discutiendas verrucas, tumores duros, quoscunque panos, &c.

C. Gallium album *Ger. J. B.* IV, sive paluſtre album

C. B.

C. B. Gallii albi ſive Molluginis vulgatioris varietas major *Park. White Ladies Bedſtraw.* In locis humidis, & ad rivulos. Parkinſonus confundit hanc ſpeciem cum Mollugine vulgatiori *Lob.* quam nos ad Rubiam ſylveſtrem minorem referendam putamus. Sed & Gerardus, ſi error ſit, eundem errat. Ponit enim figuram Molluginis vulgatioris Lobelii ſub titulo Gallii albi. Obſervavi in hoc paluſtri Gallio folia in caulibus ſuperiora aſpera eſſe & non lævia, ut ab autoribus perhibentur: in quo præcipuè differt à Mollugine minori nobis dictâ inferiùs tradendâ.

C. Gallium luteum *Ger. Park.* I, ſive luteum *C. B.* verum Dioſcoridis & Galeni *J. B. Yellow Ladies Bedſtraw, Cheeſe-rening. In York-ſhire, Maiden-hair.* In paſcuis ſiccioribus paſſim.

N. 1. Hujus coma coaguli modo lac condenſat, unde & ei nomen: tradit Gerardus *Ceſtrienſes* ſuos præſertim circa *Nantvicum*, ubi optimus conficitur caſeus, Gallium luteum coagulo ſuo admiſcere, & multò pluris facere caſeos qui cum eo parantur quàm alios.

2. Herba aut pulvis ipſius hæmorrhagiam & ſanguinis profluvia ſiſtit, commendatúrque contra cancrum & cancroſa ulcera. Decoctum herbæ acopon cenſetur, laſſitudinibus utile.

3. Acetum ex hac plantâ deſtillando elicuit D. Olaus Borrichius; modum ipſe deſcribit his verbis. Recentiſſimas Gallii lutei comas, defluente matutino rore ſicciores ad manipulos aliquot legi, lectáſque cucurbitæ vitreæ recenti commiſi; & nè quam ab aere aut morâ ſubirent mutationem, ſubitò evulſas ſubitò igne ſubjecto invitavi ad deſtillandum. Nec mora, ſurrexit ſtillatitius liquor primus, & is penè inſipidus, odore tamen fragrantes Gallii flores non parum referens. Poſt unam circiter liquoris hujus unciam ſucceſſit acetum non ingrati ſaporis ad uncias propemodum tres; tandem validiori igne admoto ſubſecutum eſt

cum

cum liquore acido oleum flavum ad drachmas penè duas, nec illud admodum ingrati odoris. Cùm verò operatio tota ab evulso flore ad acetum usque prolectatum paucis duntaxat horis duraverit, & miti destillatione peracta sit in arena, constiterit hinc abunde, opinor, spiritum hunc acidum tam promptè volatilem, lactisque coagulatorem flori Gallii *adhuc crescenti* verè inesse; nec aliorum more acetorum præviam fermentationem expectare, sed in flore statim ipso (quod raræ avis instar est) vim suam separatricem profiteri. Hoc acetum ferventi infusum lacti statim secretionem illam partium, quam ab infuso vulgari, aceto experimur, procuravit.

Libuit experiri an ex floribus Acetosæ summisque ejusdem foliis, ut Gallio ad linguæ fidem longè acidioribus, tale subitò acetum destillando evocari possit; sed facto eodem modo experimento nil nisi insipidus liquor prolectum est; argumento evidenti, longè subtilius & πνευματικώτερον acidum in Gallio quàm in Acetosa habitare. *Tho. Bartholini Acta Medica, Observ.* 69.

C. Genista spinosa vulgaris *Ger. emac.* spinosa major longioribus aculeis *C. B.* spinosa major vulgaris sive Scorpius Theophrasti, quem Gaza Nepam transtulit *Park.* Genistellæ spinosæ affinis, Nepa quibusdam *J. B. Common Furze, whins or Gorse.* In fabulosis sterilioribus & ericetis nullibi non obvia.

Genista spinosa minor *Park.* aculeata minor sive Nepa Theophrasti *Ger.* spinosa major brevibus aculeis *C. B. The lesser Furze-Bush.* Hanc apud nos frequentem asserit Parkinsonus. Est autem ut plurimùm priore humilior, aculeis sive spinis brevioribus, tenuioribus, pallidiùs virentibus, non tamen minùs crebris. Floret præcipuè sub Autumnum, quando prior maximam partem jam florere desiit. Certè planta hæc, quam omnes autores qui de ea agunt in Galloprovincia crescere affirmant, eademmet est nostrati Scorpio minori,

ri, nec ullam ego, qui utramque in loco natali florentem vidi, differentiam observare potui. Nihilominus, ut verum fatear, non ausim fidenter asserere hanc esse specie diversam à præcedenti seu majore: necdum enim in eo mihi penitus satisfacio, qui noverim quot eadem planta pro diversitate loci aliorúmque accidentium facies induat.

C. Genista minor aspalathoides seu Genista spinosa Anglica *C. B.* Genistella minor aspalathoides *J. B.* Genista aculeata *Ger.* Genistella aculeata *Park.* *Needle-Furze, or Petty-Whin.* Gerardus, Parkinsonus & omnes ferè Botanici nostrates, Genistam hanc minorem Aspalathoidem pro Genista spinosa minore Germanica *C. Bauh.* habuerunt, in quorum numero & ipse fui antequam peregrinarer: sunt autem plantæ diversissimæ: nec ego unquam vidi in Anglia Genistellam aculeatam, quæ in exteris regionibus frequentissima est, præsertim in montosis; nec magis Genist. minorem Aspalathoidem (quæ apud nos in ericetis frequentissima) in transmarinis; quanquam C. Bauhinus à se inventam ait circa Aureliam Gallorum. Ex altera parte uterque Bauhinus Genistellam aculeatam Lobelii acceperunt pro Genista sua spinosa minore Germanica, quæ tamen nihil aliud est quàm Genista minor Aspalathoides ut patet tum ex figura tum ex descriptione, tum præcipuè ex loco. V. *Ad.* Quin & J. Bauhinus illud subolfecit, cùm dicat, *Figura Lobeliana non in omnibus arridet, Descriptio autem Lobelii competit penè nostræ Genistæ spinosæ Aspalathoidi.* Figuræ *Ger.* & *Park.* sunt Genistæ minoris spinosæ Germanicæ; cujus descriptio apud *J. B.* sub titulo Genistæ aculeatæ foliosæ, attendatur,

C. Genista *Ger.* & etiam Chamægenista *ejusdem* ex sententia *C. B.* & Johnsoni. Genista vulgaris & scoparia *Park.* non spinosa I, sive angulosa & scoparia *C. B.* angulosa trifolia *J. B.* *Common Broom,* In pascuis.

C. Genistella tinctoria *Ger.* Genista tinctoria Germanica

C. B.

C. B. tinctoria vulgaris *Park.* Tinctorius flos *J. B. Green-weed, Diers-weed, Wood-waxen.* In pascuis sterilioribus.

N. 1. Genista vulgaris splenetica & nephritica censetur, hinc & hepatica: Calculum pellit, serosos humores educit tam per vomitum quàm per alvum & urinas. Hinc usus ejus insignis in obstructionibus hepatis, lienis, & mesenterii, adeóque in Hydrope, catarrhis & arthriticis affectibus. *Schrod.* In usu sunt flores, semina & summitates.

2. Florum gemmæ mense Aprili collectæ antequam explicantur, cum aceto & sale capparum more condiuntur, mensisque adhibentur. Appetitum augere, obstructiones reserare, & calculum comminuere creduntur.

3. Diversæ partes, ejusdem plantæ diversis, imò planè contrariis facultatibus interdum pollent. Sic Genistæ semen vomitum ac secessum movet; Florum gemmæ conditæ & in acetariis comestæ gustui gratæ sunt & minime vomitivæ. Eadem differentia observatur inter Betonicæ radices ejusque folia & flores, ut in Betonica monuimus. E contra Lapathi semen alvum obstruit, folia subducunt.

4. Electuarium florum Genistæ pulv. & melle rosato except. ad Scrophulas, expertum, si eo quis utatur continuè *D. Hulse* è MS. nondum edito.

5. Pulvis seminum cum hydromelite exhibitus in liene tumido, hydrope, ictero utroque mira præstat.

6. Genista tinctoria iisdem pollere viribus traditur quibus Genista vulgaris, quamvis rarioris sit in medicina usûs.

Gentiana concava *Ger. v.* Saponaria folio convoluto.

C. Gentianella fugax minor *Ger.* Autumnalis, Centaurea minoris foliis *Park.* Gentianellæ species quibusdam, an Cordo Pneumonanthe aut Gentiana fugax altera Clusii *J. B. Bastard, or Dwarf-Autumnal Gentian, or Fellwort.*

Fellwort. In montosis cretaceis. In nominibus hujus plantulæ variant Autores. Johnsonus apud *Ger.* Gentianam fugacem quintam Clusii eam esse credit; Parkinsonus Gentianam fugacem decimam Clusii. At verò ait Clusius se Gent. fugacem suam quartam in Britannia non procul Dovera observâsse, ubi non aliam ab hac diversam provenire pene certus sum. Errat ergo in hujus plantæ synonymis Parkinsonus & nos etiam in errorem induxit in C. C. Nomen Gentianæ pratensis II, seu ramosæ Autumnalis *C. B.* quæ est fugax 1 *Clus.* huic nostræ benè convenit, aut etiam Gentianæ pratensis 3, seu Gentianæ prat. flore lanuginoso *C. B.* Aliis omissis attende descriptionem *J. B.* quæ nihil dubito quin nostræ sit. Gentianam floribus ad latera pilosis in Germania propè *weissengburgh* observavi. quæ à nostrate fugaci Autumnali vel indè satis distinguitur, quòd florem habeat quadrifolium. Gerardus & Park. duas Gentianellæ fugacis species apud nos provenire scribunt, ego hactenus unam duntaxat vidi.

Gentiana palustris angustifolia *C. B.* Pneumonanthe *Ger.* Gentianella autumnalis Puemonanthe dicta *Park.* Gentianæ species, Calathiana quibusdam, radice perpetua, sive palustris *J. B. Calathion Violet.* In agro Lincolnienſi & Eboracensi in ericetis humidioribus passim *particularly in Tatters-hall-Park.* Gentianellæ, quamvis in usum medicum non veniant, iisdem tamen facultatibus cum majoribus Gentianis polsere creduntur.

C. Geranium batrachoides, *J. B. Ger.* anemones folio rotundo V, sive batrachoides, Gratia Dei Germanorum Lobelio *C. B.* batrachoides flore cæruleo *Park.* in *paradiso. Crowfoot-Cranes-bill.* In pratis humidioribus & agrorum margiuibus. Floris color plerunque cæruleus, interdum albus, colitur & variegatum in hortis.

Geranium batrachoides montanum, An batrachoides minus *Park?* batrachioides alterum *Ger. emac?* βατραχωδες minus sive alterum *Clus. hist?* batrachio-

des folio Aconiti *C. B?* batrachoides aliud folio Aconiti nitente Clusii *J. B.* ? cur addit nitente? *Mountain-Crow-foot Cranes-bill.* In pratis montosis & dumetis agri Westmorlandici & Eboracensis copiosé. Folia hujus molliora & flaccidiora, minùs profundè secta minúsque rugosa sunt quàm Batrachiodis vulgaris, magísque accedunt ad Geranii fusci folia. Flores quinetiam minores sunt & rubicundiores quam illius.

C. Geranium columbinum *Ger.* columb. vulgare *Park.* folio rotundo multùm serrato sive columbinum *J.B.* folio Malvæ rotundo *C. B. Doves-foot, or Doves-foot-Cranes-bill.* Ad sepes & vias.

Geranium columbinum majus flore minore cærulescente. *Doves-foot with a blue flower.* Præcedente majus est, caulibus minus hirsutis seu pilosis: flosculis multò minoribus cærulescentibus è purpura. Cum priore, nec minùs frequens.

C. Geranium columbinum majus dissectis foliis *Ger. emac.* malacoides laciniatum sive columbinum alterum *Park.* malvæ folio 2, sive columbinum tenuiùs laciniatum *C. B. Doves-foot, with deeply-cut leaves.* In pascuis, & ad sepes.

Geranium columbinum dissectis foliis, pediculis florum longissimis. *Jagged Doves-foot with flowers on long foot-stalks.* Tota planta aliquanto glabrior est quàm proximè antecedens, folia viridiora; calycis foliatriplo quàm illius ampliora: Rostra longiora: præcipuè verò notabilis est longitudo pediculorum quibus insistunt flores. Hanc speciem mihi primùm monstravit Jac. Bobertus filius à se inventam in agris; postea & ipse copiosam observavi in agro Cantiano circa *Swanley* non procul à Derfordia. D. *Goodyer* in Southamptoniæ comitatûs locis plurimis.

C. Geranium hæmatodes *Park.* Anemones folio rotundo 4. sive sanguineum maximo flore *C. B.* sanguineum sive hæmatodes crassa radice *J. B.* sanguinarium *Ger. Bloody Cranes-bill.* In ericetis & montosis frequens occurrit.

currit. *On New-market-heath in the Devils-ditch*, &c.

N. Geranium ſanguineum dicta eſt hæc planta non tantùm quia floris color intensè rubicundus & velut ſanguineus eſt, ſed etiam quia ad ſanguinem undecunque manantem compeſcendum inprimis conducit, autore Trago.

Geranium moſchatum *Ger. Park.* cicutæ folio moſchatum. *C. B.* moſchatum folio ad Myrrhidem accedente majus *J. B. Musked Cranes-bill, or Muſcovy. In Craven-common, and near Briſtow, on a little Green you paſs over going thence to S. Vincents Rock.*

C. Geranium moſchatum inodorum *Park.* moſchatum, folio ad Myrrhidem accedente minus *J. B.* cicutæ folio inodorum *Ger.* cicutæ folio minus & ſupinum *C. B. Field-Cranes-bill without ſent.* In arenoſis ficcioribus copioſè.

Geranium cicutæ folio inodorum album. *unſavoury Field-Cranes-bill with a white-flower.* Caules huic craſſiores ſunt quàm vulgari purpureo, breviores, pallidiores. Folia, majora, minùs argutè ſecta. Verùm præcipua differentia eſt in colore & magnitudine florum, qui huic albi ſunt & majores quam illi. Circa mediam æſtatem floret. *In the ſandy grounds about Wollerton-houſe, near Nottingham and elſewhere.*

C. Geranium Robertianum *Ger.* vulgare *Park.* Robertianum murale *J. B.* folio cicutæ vel Myrrhidis 5, ſive Robertianum 1 *C. B. Herb Robert.* Ad ſepes ubique. Floris color variat, communiter purpureus eſt, rariùs albus.

C. Geranium ſaxatile *Ger. emac. Park.* lucidum *J. B.* anemones folio rotundo XV, ſive lucidum ſaxatile *C. B. Shining or Stone-Doves-foot.* In umbroſis, ſaxoſis & muris ſæpius occurrit.

Geranium puſillum ſupinum maritimum Betonicæ folio. *Small Sea-Cranes-bill.* Radix huic craſſiuſcula, ſimplex, rectà deſcendens, paucis ſed majuſculis fibris, cortice ſubflavo, ſapore nauſeoſo. Cùm primò exit,

folia crebra per ambitum spargit, in terram reclinata, pediculis crassis, hirsutis, nonnihil compressis, duos digitos longis innixa, Betonicæ foliis similia, sed minora, profundiùs laciniata, pilis brevibus, rarís hirsuta. Rami crassi, succulenti, hirsuti, in terram resupini. Flores herbacei & vix conspicui. Rostra semunciam longa, duo vel tria in eodem communi pediculo seu ramulo. In glareosis & arenosis propè litus Angliæ Occidentale abundat, v. g. in insulis Mona & Prestholma in Wallia circa oppidum *Carnarvan*, in Cornubia circa *Pensans* & alibi.

N. 1. Valdè vulnerarium est Geranium tum columbinum tum Robertianum, tam potionibus vulnerariis additum, quàm exteriùs applicatum, fluxum sanguinis sistit, ipsúmque sanguinem coagulatum resolvit: vulnera quoque & ulcera mundificat; calculum vesicæ & arenulas pellit, colicos dolores sedat, autore Lobelio. Decoctum in vino arthriticos dolores lenit [in fomentis.]

2. Pulverem radicis & foliorum Geranii columbini in veteri vino sumptum ad hernias & rupturas persanandas efficacissimum & singulare remedium esse experimento suo confirmat Gerardus.

3. Usus præcipuus omnium generum Geranii vulgaris est in cataplasmatis, plantis pedum cum sale & aceto applicandis ad febrilem æstum compescendum. *Schrod.*

Gladiólus lacustris Clusii, sive Leucoium palustre flore subcæruleo Bauhini *Park. water-Gladiole. In a Pool or lake called Hulls water, that divides Westmorland from Cumberland, 3 miles from Pereth plentifully.* Vide descript. Clusii. Nos primo aspectu Hyacinthum aquaticum seu palustrem denominavimus.

C. Gladiólus palustris Cordi *Ger.* Juncus floridus *J. B. Park.* floridus major *C. B. water-Gladiole, or the flowring Rush.* In aquis pigrioribus.

C. Glastum sativum *Ger. Park.* Isatis sativa vel latifolia *C. B.*

C. B. Isatis sive Glastum sativum *J. B.* Vitrum herba Latinis, Vitruvio, Melâ, Cæsare & Marcello Empirico testibus, *Jo. Bod. in Theophrast. hist.* vitrum ideò Latinis dictum puto quòd Gallis & Britannis *Glassa* diceretur, quod vitrum rectè interpretati sunt. At verò cur *Glasse* i. e. Glastum dictum sit me nescire fateor. *Woad.* Seritur in mediterraneis Angliæ. Sylvestre à sativo nonnisi culturâ differre videtur.

N. 1. De Glasti culturâ & præparatione ad lanas tingendas, integrum librum scripsit Henricus Crolachius. Hujus succo Britanni antiqui ad corpora sua cæruleo colore inficienda uti solebant, quò terribiliores hostibus in prælio viderentur. *Cæs. comment. de Bello Gallico, lib.* 5.

2. Siccat & astringit, ac proinde utile est ad quemcunque sanguinis fluxum cohibendum, ulcera purganda, vulnera præsertim recentia sananda. Verùm præcipuus ejus usus est ad pannos cæruleo colore tingendos. Apibus nocivum creditur.

C. Glaux Dioscoridis *Ger.* Hispanica *J. B.* Hispanica Clusii *Park.* Cicer sylvestre 3, sive Ciceri sylvestri minori affinis si non idem *C. B. Dioscorides Milk-tare, or Clusius his Spanish Milk-wort. On Newmarket-heath, and Gogmagog-hills, and elsewhere.* Vere floret. *In Yorkshire about Haselwood,* &c.

Glaux maritima *C. B.* exigua maritima *Ger. Park. J. B. Sea-Milkwort, or Black Saltwort.* In salsis palustribus mari conterminis ubique ferè.

C. Glaux vulgaris *Ad. Lob.* vulgaris leguminosa sive Glycyrrhiza sylvestris *Park.* Glycyrrhiza sylvestris floribus luteo-pallescentibus *C. B.* Fœnum Græcum sylvestre sive Glycyrrhiza sylvestris quibusdam, *J. B.* Hedysarum Glycyrrhizatum *Ger. emac. Wild Liquorice, or Liquorice-Vetch. About the Castle-hill at Cambridge; by the Lanes side leading from Cherry-Hinton-Church thither, and elsewhere in many places.*

C. Glycyrrhiza vulgaris *Ger. emac.* vulgaris siliquosa

Park. siliquosa vel Germanica *C. B.* radice repente vulgaris Germanica *J. B. Common Liquorice. It is planted in many places, as about Worksop in Nottinghamshire, and Pontfraict in York-shire, which is commended for the best.*

N. 1. Caliditate & frigiditate temperata est, in reliquis ad humiditatem inclinat, pulmonica ac nephritica, acrimoniam mitigans, expectorationem promovens, asperitatem leniens, alvum infantium leviter molliens. Usus præcip. in tussi, raucedine, phthisi, pleuritide, vesicæ erosione, urinæ acrimoniâ. *Schrod.* Succus Glycyrrhizæ inspissatus ad hæc mala præcipuæ æstimationis est.

2. Glycyrrhiza in aqua decocta cum tantillo cinnamomi, inservit nonnullis pro potu ordinario, & post fermentationem inebriat non minùs quam cervisia.

3. A sedanda siti nonnullis adipson appellatur: Theophrasto Scythica radix; cujus magna commendatio, quòd in ore eam habentes, famem sitimque non sentiant. Quin Scythæ ad 12 dies hac & Hippace durare posse dicuntur in fame & siti. Est autem Hippace caseus equinus, non herbæ nomen, ut nonnulli perperàm existimârunt. Plinius verò reprehendendus, qui Scythicam radicem Theophr. diversam facit à Glycyrrhiza.

Gnaphalium Anglicum *Ger.* Anglicum vulgare majus *Park.* majus angusto oblongo folio alterum *C. B.* rectum *J. B. Great English Cudweed.* In arenosis. Hæc species, quæ est X. *C. B.* non differt ab ejusdem IX. vel ipso fatente.

Gnaphalium maritimum *C. B.* maritimum multis *J. B.* marinum *Ger.* marinum sive Cotonaria *Park. Sea Cudweed, or Cottonweed. We found it plentifully on the sands, near Abermeney-ferry, in the Isle of Angleſey, where the common people call it* Calamus aromaticus: *also on the gravelly shore, between Pensans and S. Michaels mount in Cornwall.*

C. Gna-

C. Gnaphalium minus ſive Herba impia *Park.* vulgare majus *C. B.* Filago ſive Herba impia *Ger.* Gnaph. Germanicum *J. B. Common Cudweed, or Herb impious.* In ſiccioribus, ſterilioribus, & ad vias paſſim.

N. Aqua ab hac deſtillata ad Cancrum præcipuè mammillarum magni eſt usûs: continet enim occultos cancros nè exulcerentur cum linteolis ſemel in die impoſita. Sunt verò qui & Aſari foliis hujus aquâ madefactis non infeliciter ad Cancros reprimendos utantur. *Dod.*

C. Gnaphalio vulgari ſimilis *J. B.* Gnaph. vulgare ſive 2 *Ger.* medium *C. B.* Filago minor *Park. Middle or black-headed Cudweed.* In ſcrobibus ſiccis, & locis ubi per hyemem aquæ ſtagnârant: rectiùs inſcriberetur Gnaphalium longifolium humile ramoſum capitulis nigris.

C. Gnaphalium minimum *J. B.* minus repens *C. B.* minimum repens *Park.* At noſtrum neque repit neque procumbit, ſed erigitur. Filago minor *Ger. The leaſt Cudweed.* In arenoſis & glareoſis. Figuræ Lobelianæ Gnaphalii minimi optimè reſpondet.

C. Gnaphalium montanum album *Ger.* montanum, ſive Pes cati *Park.* montanum I, ſive montanum flore rotundiore *C. B.* piloſella minor quibuſdam, aliis Gnaphalii genus, *J. B. Mountain-Cudweed, or Cats-foot. On Newmarket-heath, not far from Botteſham-beacon, plentifully: On the top of Plimllimon-hill in Wales, and the ſides of Ingleborough-hill in York-ſhire,* &c. Variat floris colore purpureo vel rubente, hinc Gnaph. mont. ſuave rubens apud Lobelium.

N. 1. Peculiari pvoprietate pulmonum exulcerationi & ſanguinis expuitioni conferre ſtatuitur ſyrupus Pedis cati.

2. Gnaphalium minus ſive Herba impia jumentis ruminantibus utile exiſtimatur ad rumen amiſſum revocandum, unde & nomen *Cudweed* apud noſtrates indeptum eſt. Valet etiam ad intertrigines, unde

& *Chafeweed* in Northumbria dicitur, teſte Turnero.

3. Aſtringit & ſiccat, unde hæmorrhagiæ, dyſenteriæ, nimio menſium fluxui & ſimilibus medetur. Quarta ſpecies *Gnaphalio vulgari ſimilis* dicta, ad hos uſus præcipuè commendatur. Herbâ contuſâ, inquit Lobelius, oleo macerata & cocta Occiduæ Angliæ plebs ad livores, contuſiones, cæſa & verbera feliciter utitur.

Gramen agrorum *Lob.* agrorum venti ſpicâ *Park.* arundinaceum *Ger.* agrorum Lobelii *J. B.* paniculatum arvenſe 4, ſeu ſegetum paniculâ arundinaceâ *C. B. Corn-Reed-graſs, or Bent. Johnſon takes this to be that graſs wherewith they in London uſually adorn their chimneys, commonly called Bent: but I am ſure it is not that which they uſe for that purpoſe, and call by that name in Cambridge-ſhire; that being Gramen ſegetum altiſſimum paniculâ ſparsâ, C. B.* Attulit T. Williſellus collectum circa Londinum: Anno 1670. *I obſerved it among the Corn in the ſandy grounds about Notingham*, &c. *plentifully*, & Anno 1671 *in the Corn about Barton-mills in Suffolk.*

C. Gramen Alopecuroides majus *Ger.* Alopecuro ſimile glabrum cum pilis longiuſculis in ſpica, Onocordon mihi denominatum *J. B.* phalaroides 1, i. e. majus ſive Italicum, & forte phalaroides 3, i. e. ſpicâ molli ſive Germanicum *C. B.* phalaroides majus *Park. The moſt common Fox-tail-graſs.* Deſcriptio J. Bauhini ad amuſſim quadrat huic noſtro Gramini, cui folia glabra, glaucâ quâdam velut ferinâ obducta quæ facile detergi poteſt. Spica duorum plus digitorum, mollis, cinericeo colore ſplendens; glumæ ſingulæ ariſtâ molli longiuſculâ donantur. In icone Gerardi & Parkinſoni ſpica juſto craſſior & brevior pingitur. Tria gramina phalaroidea *C. B.* ſuſpicor non differre ſpecificè; quòd ſi differant, tertia ejus ſpecies huic noſtro quàm proximè accedit. Mirum de planta adeò obvia & vulgari,

gari, tam obscurè & confusè scripsisse Botanicos. Est enim in pratis per totam Angliam frequentissima, & nulli non rustico nota, inter prima mense Aprili aut saltem ineunte Maio spicam producens; altitudine bicubitali.

C. Gramen Alopecurinum minus *Ger.* alopecuroides spicâ longâ majus & minus *Park.* typhoides V, seu spicâ angustiore *C. B.* cum cauda muris purpurascente *J. B. The lesser bastard Fox-tail-grass.* Inter segetes. Tum figura tum descriptio *J. B.* huic speciei satis aptè respondent, ut non opus sit pluribus de ea agere.

C. Gramen aquaticum cum longissima panicula *J. B.* fluviatile *Ger. emac. Park.* spicatum aquaticum I, sive aquaticum fluitans multiplici spica *C. B. Flote-grass* Ubique in rivulis & fossis aquosis.

C. Gramen aquaticum geniculatum spicatum *C. B.* fluviatile spicatum *Ger.* Gr. cum parva cauda muris, radice non nodosa repens *J. B. Spiked Flote-grass, or Water-grass.* In aquosis. Spica hujus similis est spicæ Graminis phalaroidis majoris *Park.*

C. Gramen aquaticum majus *Ger. emac.* paniculatum aquaticum IV, sive panic. aquat. latifolium *C. B.* majus aquat. Lobelii *J. B.* harundinaceum aquaticum *Park. Great Water-Reed-grass.* Huic ferè peculiare est, ut etiam ex inferioribus culmi geniculis radices emittat.

C. Gramini cum cauda muris purpurascente aliquatenus simile *J. B.* Hoc est quod pro Gramine anthoxantho aliquando habuimus. Radix tenuibus albis fibris constat. Folia brevia, modicè lata, hirsuta præsertim supinâ parte. Caulis pedalis, tenuis, geniculatus, quem folia amplectuntur aversâ parte nonnunquam purpurascentia. Spica brevis digitum aut ad summum sesquidigitum longa, subrotunda, rarioribus glumis nonnihil extantibus, & in acutos apices fastigiatis non aristatis constat. Flosculi seu apiculi purpurascentes utrinque bifidi. Floret vere inter prima sui generis,

neris, & in pratis & paſcuis ubique frequenter occurrit.

C. Gramen arundinaceum acerosâ glumâ noſtras *Park. Great Reed-graſs, with chaffy heads.* In rivis & foſſis paluſtribus frequens. Hujus ſpica non multùm diſſimilis eſt ſpicæ Graminis aſperi, ſed major latiorque & compactior.

C. Gramen aſperum *J. B.* ſpicatum pratenſe V, ſive ſpic. folio aſpero *C. B.* pratenſe ſpicâ multiplici rubrâ *Park. Rough-graſs.* In pratis, paſcuis, & agrorum marginibus paſſim.

Gramen avenaceum capillaceum minoribus glumis *C. B.* Anglo-Britannicum avenaceum Danico nemorali ſimile *Lob.* nemorale avenaceum alterum ex fuſco xerampelinum & lucidum Danicum *J. B.* avenaceum xerampelinum Danicum *Park. Red Oat-graſs of the Woods.* In umbroſis, ſylvoſis, præſertim petræis. Huic perſimile eſt, ſi non idem, Gramen avenaceum rariore grano nemorenſe Danicum Lobelii.

C. Gramen avenaceum dumetorum ſpicâ ſimplici. An feſtuca graminea nemoralis latifolia mollis *C. B. J. B.*? *Singleſpiked Hedge-Oat-graſs.* In ſepibus & dumetis hac ſpecie nihil frequentius. Radix ei fibroſa, caulis cubitalis & altior, gracilis, geniculatus, inferiùs nonnihil piloſus, ſuperiùs lævis. Folia lata, pallidè viridia, ſtriata, piloſa, tractantibus aſpera & aridiuſcula. Spica trium quatuórve digitorum, ex pluribus ſpicis partialibus alternatim ſine pediculo adnatis conſtans. Sunt autem hæ ſpicæ partiales quæ totalem componunt oblongæ, ſtrigoſæ, ex plurimis glumis ſquammatim incumbentibus, & in ariſtam longiuſculam deſinentibus coagmentatæ. Tardiùs & ſub Autumnum ſpicam producit & ſemen perficit.

Gramen avenaceum dumetorum paniculâ ſparsâ. *Hedge-Oat-graſs, with a ſparſed panicle.* Hæc ſpecies à priore differt, quòd panicula ſparſa paniculam Bromi ſterilis *Lob.* imitetur.

Gramen

Gramen avenaceum minus procumbens paniculis non ariſtatis. *Small Oat-graſs, without awns.* Folia ei piloſa, maximè inferiora & propè terram. Caules tenues, non ſurrecti, dodrantales aut pedales in cacumine paniculam geſtant parvam, è locuſtis turgidulis compoſitam nullis ariſtis donatis, Locuſtæ ſi curioſiùs examinentur tria quatuórve grana duabus glumis obvelata continent.

C. Gramen avenaceum panicula flaveſcente, locuſtis parvis. *Oat-graſs, with a yellow panicle.* In pratis & paſcuis. Duorum nonnunquam pedum altitudinem aſſequitur. Caules ei graciles, geniculati, ſubhirſuti. Folia anguſta, ex utrâque parte hirſuta. Panicula in ſumme caule ſparſa, non tamen deorſum nutans, trium digitorum longitudine, pallidè viridis, è locuſtis parvis compoſita. Singulæ autem locuſtæ duas habent ariſtas, ità ut bifurcæ appareant.

C. Gramen caninum *Ger.* caninum vulgatius *Park.* caninum I, i. e. arvenſe ſeu Gramen Dioſcoridis *C. B.* repens, Officinarum fortè, Triticeæ ſpicæ aliquatenus ſimile *J. B. Common Quich, or Couch-graſs.* In agris & hortis. Hujus varietatem cum Spica ariſtata obſervavimus circa *Setle* & alibi in Septentrionalibus Angliæ.

N Radix ſiccat & ſubaſtringit. Uſus præcip. in obſtructionibus hepatis, lienis, ureterum, in expuitione ſanguinis, & lumbricis necandis. *Schrod.*

Farina radicum ad interaneorum vermes non contemnendum eſt remedium; obſtructiones quoque reſerat ita ut nihil magis. *D. Bowle.*

† Gramen canarium longiùs radicatum latiore panicula majus *J. B. Lob. Ad part. alt.* caninum 3, ſive longiùs radicatum majus *C. B.* caninum longiùs radicatum & paniculatum *Park.* p. 1174. *Long-rooted Couch-graſs, with a ſpread panicle.* Ex amœniſſimis glareoſis, ſabuloſiſq; ambulacris, viciniſque locis juxta novum medicum hortum nobiliſſimi Baronis Edvardi Zouchai, eruit Lobelius.

† Gramen

† Gramen caninum ſupinum paniculatum dulce *C. B. J. B.* exile tenuifolium Canariæ ſimile ſive Gr. dulce *Park. Sweet Dogs graſs.* Agris Londinenſibus udis gaudet. *Lob.*

Hoc fortè idem eſt Gramini noſtro paniculato aquatico minori ; ſeu miliaceo ſuavis ſaporis. *D. Merret.*

† Gramen caninum ſupinum longiſſimum. *Two miles from Salisbury, by Mr. Tuckers at Maddington, where with they fat hogs : it is 24 foot long. V. Mr. Fullers* Worthies of England & *Dr. Merrets* pinax. An Gramen longiſſimum *J. B ?* ex quo ruſticos efficere ait equorum torques quibus aratra trahunt, & opiliones chlamydes paſtorales quibus adverſùs pluviam utuntur.

Gramen caninum marinum *Ger.* caninum 8, ſive maritimum ſpicatum *C. B.* caninum geniculatum maritimum ſpicatum *Park. Sea-Quich-graſs. Johnſon upon Gerard*, pag. 25. *takes this to be the ſame with* Gramen latifolium ſpica triticea latiore compacta *C. B. which grows frequently on our-Sea-coaſts, and he ſeems to be in the right.* In maritimis.

Gramen caninum nodoſum *Ger.* nodoſum *J. B.* can. nodoſum bulboſum vulgare *Park.* nodoſum I, ſeu avenaceâ paniculâ *C. B. Knotted Dogs-graſs.*

C. Gramen criſtatum Anglicum *Park.* criſtatum Bauhini *Ger. emac.* p. 29. criſtatum & ſpicatum pratenſe I, ſeu prat. criſtatum ſeu Gr. ſpicâ criſtatâ lævè *C. B.* Gr. criſtatum *J. B. Smooth creſted-graſs.* In paſcuis poſt æſtivum ſolſtitium ubique ferè cum ſpicis ſuis ſe prodit. Parkinſonus aſſerit Gramen noſtrum criſtatum Anglicum diverſum eſſe à Gramine criſtato *C. B.* & reverà ſi vel iconas vel deſcriptiones attendas, ratio ab illius partibus ſtare videtur.

C. Gramen cyperoides majus latifolium *Park.* cyperoides *Ger.* cyp. cum paniculis nigris *J. B.* cyp. latifolium ſpicâ ruffâ ſive caule triangulo *C. B. Great Vernal Cyperus.*

Cyperus-graſs. Floret Maio in foſſis, & vadis amnium pigriorum.

C. Gramen cyperoides majus anguſtifolium *Park.* cyperoides anguſtifolium ſpicâ ſpadiceo-viridi majus an minus *C. B. The greater narrow-leaved Cyperus-graſs.* Figura Graminis nigro-lutei verni apud *J. B.* huic bene convenit: quod majus inveniri aſſerit in pratis humidis.

C. Gramen cyperoides ſpicatum *Ger. emac.* nigroluteum vernum *J. B.* ſpicatum foliis caryophylleis *Park.* criſtatum & ſpicatum VI, ſeu Caryophylli foliis, ſpicâ divulsâ *C. B. Spiked Cyperus-graſs.* In pratis humidis verno tempore floret. Hoc à præcedente differt, quòd minus ſit, quòd caulis non adeò concinnè triquetrus, quòd grana in ſpicis tumidiora, pauciora.

Gramen cyperoides vernum minimum. *The leaſt Vernal-Cyperus-graſs. Radix* huic longa, fibroſa; *folia* anguſta, glabra, viridia, *Caules* trianguli, foliis nudi, palmum & dimidium non excedunt, in ſummitate ſpicas 3, quatuórve geſtant breviores, juxtim poſitas, & non ex alis foliorum exeuntes ut in præcedente, ſuperiorem aceroſam, ſemine caſſam, reliquas ſeminibus turgidas. Spicam producit, & floret primo vere in paſcuis ſterilioribus paſſim. Figura primæ varietatis Graminis cyperoidis ſpicati apud Gerardum huic quodammodo reſpondet.

Gramen cyperoides polyſtachion lanuginoſum. *Rough or Hairy Cyperus-graſs.* Hujus tum folia tum caules, tum etiam ſpicæ in apricis lanuginoſa ſunt; Nonnunquam tamen cætera glabra ad genicula duntaxat quâ caulem amplectuntur hirſuta ſunt folia. Magnitudo ei Graminis caryophyllei. In ſummo caule duas aut tres ſpicas habitiores gerit; & inferiùs ad magnam diſtantiam è foliorum ſinubus duas aut tres alias in quibus ſemen. His duabus notis ab aliis omnibus congeneribus abundè diſtinguitur. In paſcuis locis humidioribus.

Gramen

Gramen cyperoides polyſtachion flavicans ſpicis brevibus propè ſummitatem caulis. *Yellowiſh Cyperus-graſs, with ſhort ſpikes.* Altitudine eſt dodrantali & interdum pedali: Radice albâ fibroſâ; foliis anguſtis, ſubtus interdum piloſis, caule brevioribus. Caule triquetro duobus tribúſve foliis inferiùs cincto, deinde aliquouſque nudo, propè ſummitatem duas tréſve ſpicas promente, ex ſingulis ſc. foliorum alis ſingulas breves, habitiores, flavicantes è pluribus granis turgidiuſculis, non exeuntibus in acutum mucronem ut in Gramine paluſtri echinato compoſitas, unicâ in ſupremo majuſculâ, acerosâ, flavicante ſpicâ. In pratis circa *Middleton* Agri Warwicenſis.

C. Gramen cyperoides ex monte Ballon ſpicâ divulsâ *J. B.* cyperoides paluſtre majus ſpicâ divisâ *C. B.* cyperoides paluſtre minus *Park. Marſh-Cyperus-graſs, with a divided head.* Altitudinis eſt dodrantalis aut pedalis: caulem habet nudum, & in ſummitate ſpicas 4, 5, vel etiam ſex confertas, minùs tamen quàm ſequentis, ejuſdem omnes magnitudinis, ſubrotundas, nec tactu aſperas: caulis præ cæteris hujus generis concavus. In pratis.

Gramini cyperoidi ex monte Ballon ſimile. Præcedenti majus eſt & elatius, ut quod cubitalem altitudinem aſſequatur. Spicam habet ex pluribus multò ſpicis & denſiùs ſtipatis compoſitam, nec ejuſdem magnitudinis omnibus, ſed ſenſim versùs cacumen minoribus, donec tandem in unam ſimplicem majuſculam terminentur. In paluſtribus & aquoſis Maio floret.

Gramen cyperoides polyſtachion ſpicis teretibus erectis. *Great Cyperus-graſs, with round upright ſpikes.* Seſquicubitalem altitudinem aſſequitur. Folia anguſta, concava, glauca, caulem aliquouſque amplectuntur, longitudine ſuperant. Caulis triquetrus quidem, ſed ut vix poſſit diſcerni, in cacumine ſpicas gerit 3 vel 4 aliquouſque disjunctas, tenues, longiuſculas, ſemine caſſas, ad quarum inferiorem apponitur foliolum. Inferiùs

ſeriùs è foliorum ſinubus exeunt duæ aut tres ſpicæ habitiores, teretes, erectæ, ſeſquidigitum aut duos digitos longæ, è veſiculis ſubrotundis turgidulis pallidè virentibus mucrone donatis coagmentatæ. *In ſeveral Pools about Middleton in Warwick-ſhire.*

C. Gramen cyperoides ſylvarum tenuiùs ſpicatum *Park. Lob.* in illuſtr. ſtirpium p. 60. *Slender-eared wood-Cyperus-graſs.* Floret circa finem Aprilis & initio Maii, inque ſylvis frequens occurrit. Ejus figura habetur apud Parkinſonum *Theat. Botan.* p. 1172.

Gramen cyperoides paluſtre elatius ſpicâ longiore laxâ. *Cyperus-graſs, with a looſe ſpike.* Caulis huic ſeſquicubitalis, triquetrus, angulis aſperis ſi deorſum digiti ducantur, infirmus, nudus, enodis, in cacumine ſpicam laxam ſeu potiùs paniculam geſtat è pluribus ſpicis ſecundariis compoſitam, quæ ex aliis adhuc exiguis ſubrotundis ſquamoſis conſtant. Denſo & firmo ceſpite naſcitur hoc gramen in paluſtribus putridis, quemadmodum Juncus, radicibus adeò implexis ut tutò ei poſſis inſiſtere. Ad initium ſpicæ aut nullum apponitur folium aut perexiguum, Folia non admodum lata, caule nonnunquam longiora. Hujus & alia habetur ſpecies per omnia ſimilis, ſed minor & ſparſim naſcens, non in ejuſmodi denſis agminibus aut faſciculis.

C. Gramen cyperoides paluſtre majus ſpicâ compactâ *C. B.* paluſtre cyperoides triquetrum ſpicâ integrâ *J. B.* paluſtre cyperoides *Ger.* cyp. paluſtre majus *Park. The greater Marſh-Cyperus-graſs, or ſpiked Cyperus-graſs.*

C. Gramen cyperoides paluſtre minus *Park.* cyp. parvum *Ger.* cujus tamen figura aliena eſſe videtur. Cyp. ſpicis minoribus minuſque compactis *C. B. J. B. The leſſer ſpiked Cyperus-graſs.* Horum loca tituli indicant.

Gramen cyp. elegans ſpica compoſita. *Elegant Cyperus-graſs, with a compound Spike.* Radices huic albæ fibroſæ;

ſæ; folia anguſta & vix $\frac{1}{4}$ digiti lata, carinata, pallidè viridia, caulem aliquouſque amplectentia, dodrantem longa. Caulis pedalis, triquetrus, nudus, in cacumine ſpicam geſtat herbaceam ſeu ex viridi flavicantem & non ſpadiceam, è ſpicis parvis 5 vel 6, vel pluribus paucioribúſve compoſitam brevibus, rotundis, ſquamoſis, ſquamis compreſſis & acuminatis. Ad ſpicam nullum apponitur folium. *In a pool in a grove not far from Middleton, towards Coleſhill in Warwick-ſhire; alſo near Wrexham in Denbigh-ſhire, and doubtleſs in many other places.*

C. Gramen cyperoides ſpicâ pendulâ breviore *C. B.* cyp. ſpicâ brevi pendulâ *Park.* Graminis cyperoidis genus, Pſeudocyperus Lobelio, ſpicis vel paniculis pendentibus ex longis pediculis *J. B.* Pſeudocyperus *Ger. Baſtard-Cyperus, with ſhort pendulous heads.* In foſſis paluſtribus & majoribus ſtagnis, ſed rariùs.

Gramen cyperoides ſpicâ pendulâ longiore *Park.* ſpicâ pendulâ longiore & anguſtiore *C. B. J. B. Baſtard-Cyperus-graſs, with long pendulous heads.* Magnitudine æquat vel etiam ſuperat Gramen cyperoides cum paniculis nigris. Spica in ſummo caule ſingularis, ſemine caſſa, habitior; ſecundùm caulis longitudinem è ſinubus foliorum ſingulis ſingulæ exeunt longæ, anguſtæ, pendulæ, flavicantes. In foſſis Notleiæ propè Brantriam in Eſſexia copioſè.

C. Gramen cyperoides anguſtifolium paniculis plurimis ſeſſilibus in foliorum alis. *Narrow-leaved-Cyperus graſs, with ſmall panicles.* In aggeribus & marginibus foſſarum. Deſcribitur in appendice Cat. Cant.

C. Gramen cyperoides paluſtre paniculâ ſparsâ *Park.* cyp. paniculâ ſparſâ majus *C. B.* cyp. vulgatius aquaticum *J. B.* aquaticum cyperoides vulgatius *Ger. Water or Marſh Cyperus-graſs, with ſparſed heads. In the Fenditches about Wiſbich and Marſhland in Norfolk, abundantly: alſo in the River of Thames, and many other places.*

C. Gramen

C. Gramen cyperoides pulicare. *Flea-graſs. This was ſo denominated by Mr. Goodyer, becauſe the ſeeds (which turn downward on the Stalk) do in ſhape and colour ſomewhat reſemble Fleas. In the Fenny-meadows near Quoy-water, and in many Fenny and boggy grounds in divers Counties, as about Middleton in Warwick-ſhire.* Obſervavi etiam in tranſmarinis circa Genevam.

His ſi addas Gramen paluſtre echinatum, & Gramen ſylvaticum 3 *Tab.* habebis in univerſum Graminis cyperoidis ſpecies diverſas 21. Necdum finitæ, nam duas aut tres adhuc alias obſervavi, quas quoniam non ſatis curiosè inſpexi & deſcripſi, impræſentiarum omitto.

† Gramen dactylon latiore folio *C. B.* Graminis genus, Dens caninus 3, ſive Gramen primum, vel Galli crus *J. B.* Iſchæmon vulgare *Ger* ſylveſtre latiore folio *Park. Cocks-foot-graſs. In Juſtice Eves his paſtures at great Witchingham, ſeven miles from Norwich, towards Lynne: alſo plentifully in the plowed fields about Elden in Suffolk.* T. Williſel.

C. Gramen exile duriuſculum in muris & aridis proveniens. Gr. minus duriuſculum *Ger.* minimum Monſpelienſe *J. B.* quod Monſpelii Gr. exile durius appellari ſcribit. Gr. pratenſe paniculatum 7, ſive paniculâ multiplici *C. B.* Gr. paniculâ multiplici *Park. Small hard graſs.* Altitudine palmum rarò ſuperat, Paniculæ versùs unam duntaxat partem ſpectant, & in metam faſtigiantur. Non video cur Chabræus diviſerit Gramen paniculâ multiplici *C. B.* à minimo Monſpelienſi *J. B.* cùm & ſuum paniculâ multiplici Gr. minus duriuſculum Monſpelii appellari ſcribat *C.* Bauhinus.

C. Gramen exile hirſutum *Ger.* nemoroſum hirſutum minus anguſtifolium *Park.* nemoroſum hirſutum 3, ſive hirſutum capitulis Pſyllii *C. B.* Gr. Luzulæ minus *J. B.* & Gr. exile hirſutum cyperoides Lobelio *ejuſdem*, ut ipſe & nos cum eo arbitramur. *Small hairy Wood-*

graſs. In pratis & paſcuis frequens. Floret ſub finem Aprilis & initio Maii.

C. Gramen hirſutum elatius paniculâ junceâ compactâ; an nemoroſum hirſutum V, ſeu hirſut. anguſtifolium majus *C. B?* nemorum hirſutum majus anguſtifolium *Park. Hairy-graſs, with a more compact ruſh-like panicle.* In paluſtribus. Suſpicor hoc non differre ſpecificè à præcedente, ſed ratione loci duntaxat hanc metamorphoſin pati. Eſt autem duplo elatius, paniculâ majore magiſque compacta quàm præcedens.

Gramen nemoroſum hirſutum latifolium maximum. Gr. nemorum hirſutum latifolium minus junceâ paniculâ *Park.* hirſutum latifolium *C. B.* An Gr. Luzulæ maximum *J. B.?* Panicula convenit, at folia nimis longa pinguntur. *The greateſt broad-leaved hairy wood-graſs.* In ſylvis montoſis, ſaxoſis & rupibus. *I obſerved it plentifully in the Ditch of a Cloſe adjoyning to Hampſted-wood, near London.* Figura Parkinſoni in reliquis huic reſpondet, in eo differt quòd panicula minor, minúſque ſparſa ſit. Minus autem dici non meretur hoc Gramen, cùm ſit omnium hujus generis quæ mihi unquam videre contigit longè maximum.

Gramen nemoroſum hirſutum vulgare. An Gr. nemoroſum hirſutum *Ger. Lob?* nemoroſum hirſutum majus *Park?* nemoroſum hirſutum majus latifolium *C. B. Common hairy Wood-graſs.* In ſylvis admodum frequens, præſertim montoſis. Primo vere floret. Figura *Lob. Ger. Park.* ſub titulis allatis poſita propiùs ad hanc ſpeciem accedit quàm quævis alia. Deſcriptiones & epitheta nimis recedunt, nec enim latifolia nec major dici meretur. A reliquis hujus generis facilè dignoſcitur, quòd flores eóſque ſequentia vaſcula ſeminalia non conſiſtant ſpura ſimul in eodem pediculo filamentis ſed ſingula ſeorſim, unum ſeſſile, alia longis tenuibus appenſa. Gramen rore lucidum nemorenſe ſive Luzulæ *J. B.*

Gramen ſylvaticum 3. *Tabern.* parvum tenuifolium cum ſpica

ſpica aculeata *J. B.* nemoroſum glabrum 4, ſive ſpicis parvis aſperis *C. B. Prickly-headed Cyperus-graſs. In the moiſt Meadows and Paſtures about Middleton in Warwick-ſhire.* Eſt hoc reverà Graminis cyperoidis genus.

C. Gramen junceum aquaticum Bauhini *Park.* junceum 9, ſeu junceum folio articulato aquaticum *C. B.* Gr. aquaticum *Tab. Ger.* Juncus foliaceus capſulis triangulis *J. B. Ruſh-graſs, with joynted leaves the leſſer.* In paluſtribus. Culmulis hujus aliàs perbrevibus, oblongis aliàs, ſpicæ quadam velut excrementitiæ & ex foliaceo quodam genere ſquammatæ rubentéſque inſident; udis præſertim & apricis hoc crebrò evenit in locis, ut nos cum J. Bauhino obſervavimus.

Gramen junceum capſulis triangulis minimum. Graminis juncei varietas minor *Ger. emac.* ubi perperàm pro varietate Graminis bufonii ponitur. *The leaſt Ruſh-graſs, with triangular ſeed-veſſels. In boggy places by rills of water on Hampſted-heath, and elſewhere.*

C. Gramen junceum aquaticum magis ſparsâ paniculâ *Park.* An Gr. junceum ſylvaticum *Ger?* Junceum & ſpicatum 8, ſeu junceum folio articulato ſylvaticum *C. B. Water-Ruſh-graſs, with a ſparſed panicle, and joynted leaves the greateſt.* Figura Parkinſoni huic optimè quadrat. Provenit in aquoſis, & non rarò etiam in ſylvis humidis. Præcedenti elatius eſt, paniculâ magis ſparsâ. Vaſcula ſeminalia triquetra quàm illius minora, albidiora.

Gramen junceum leucanthemum *Ger. emac.* lib. 1. cap. 22. n. 7. An Gr. junceum polyſtachion *C. B? Boggy Ruſh-graſs, with white chaffy heads.* In paluſtribus ſed rarius. *We found it in many boggy places in Cornwall, and in all the Moſſes in Lancaſhire and Scotland,* &c.

C. Gramen junceum parvum ſive Holoſtium Matthioli; & Gr. bufonium Flandrorum *Park.* Gr. junceum *Ger.* nemoroſum glabrum V, ſive nemoroſum calyculis paleaceis *C. B.* Holoſtium Matthioli junceum *J. B. Toad-graſs,* quia provenit in locis ubi bufones ſtabulantur.

C. Gramen junceum maritimum *Lob. Ger. ico.* junceum X, ſive foliis & ſpicâ junci *C. B.* junceum maritimum majus *Park.* Juncus parvus cum pericarpiis rotundis *J. B. Raſh-graſs, with round ſeed-veſſels.* In pratis humidioribus & paluſtribus tam maritimis quàm à mari procul remotis.

C. Gramen junceum ſpicatum ſeu triglochin, i. e. Gr. junceum & ſpicatum 16 *C. B.* triglochin *J. B.* triglochin Dalechampii *Park.* marinum ſpicatum *Ger. emac. Arrow-headed-graſs.* In paluſtribus.

Gramen marinum ſpicatum *Cluſ.* junceum & ſpicatum 17, ſive ſpicatum alterum *C. B.* ſpicatum alterum *Ger.* q. Gr. marinum ſpicatum alterum *Park. Sea-ſpiked graſs.* Hoc genus folia habet majora & craſſiora, ſpicam denſiorem, vaſcula ſeminalia breviora, majora, rotundiora quam præcedens, eſtque in paluſtribus maritimis frequens. In iconibus hujus plantæ vaſcula ſeminalia non rectè pinguntur.

Gramen murorum ſpicâ longiſſimâ *Ger. emac.* ſpicâ nutante longiſſimâ *Park.* p. 1162. *Capons-tail-graſs.* In muris antiquis, (Wintonienſibus v. g.) locis ſiccioribus agrorum, tumulis & aggeribus. *This was firſt obſerved and deſcribed by Mr. Goodyer.*

C. Gramen paluſtre echinatum *J. B. Ger. emac.* aculeatum Germanicum. *Park.* paluſtre aculeatum, vel minus Germanicum *C. B. Hedge-hog-graſs.* In paluſtribus.

Gramen paniceum ſpicâ ſimplici *C. B.* Panicum ſylv. ſpicâ ſimplici *Park.* ſylv. *Ger.* ſylv. & Dens canis primus *J. B. Panick-graſs with a ſingle ſpike.* In arvis demeſſa ſegete, ſed rariùs. Fulv.

Gramen paniceum ſpicâ divisâ *C. B.* Graminis genus quibuſdam Gallis Dens canis ſecundus, ſive Panicum ſylveſtre ſpicâ divulsâ *J. B.* Panicum vulgare *Ger.* ſylv. herbariorum *Park. Panick-graſs with a divided ſpike. Tho. Williſell found it in Mr. Bleſſets Garden between Deptford and Greenwich.*

Gramen paniceum ſpicâ aſperâ *C. B. Rough-eared Panick-graſs.*

graſs. *Found in the ſame garden by Tho. williſell.* Hoc revera ſpecie differt à præcedente, ſiquidem minus eſt, ſpicâ laxâ, ſimplici tamen, nec in plures divisâ, quin & ſpicæ aſperæ ſunt, lappaceæ, & veſtibus adhæreſcentes, ſecus quàm in illo.

Gramen parvum marinum ſpicâ loliaceâ *Ger. emac.* lib. 1. cap. 22. n. 8. Gr. loliaceum minus ſpicâ ſimplici *C. B. Dwarf-Darnel-graſs.* Ad mare, & in paluſtribus maritimis; juxta Camalodunum, *Hull-bridge*, & alibi in Eſſexia.

Gramen plumoſum *Lob.* ſpicâ candidâ & ſerici modo lucens *J. B.* arundinaceum 3, ſeu paniculâ ſpadiceâ molli majus *C. B. Graſs, with a pappoſe panicle.* Locis ſenticoſis ſylvarum quarundam Angliæ collegit Lobelius. Cui ſimile, ſi non idem, & nos in dumetis quibuſdam Agri Northamptonienſis & Eſſexienſis obſervavimus, nomine impoſito Graminis ſpicâ acerosâ, ſemine pappoſo.

C. Gramen pratenſe *Ger.* pratenſe vulgatius *Park.* pratenſe paniculatum majus *C. B. The greater Meadow-graſs.* Hujus paniculæ circumquaque versùs omnem partem ſparguntur. Sunt autem paniculæ ſeu locuſtæ ſingulares è duplici glumarum ſquammarum incumbentium non ariſtatarum verſu compoſitæ, nec multùm diſſimiles paniculis Graminis tremuli minoris.

C. Gramen pratenſe paniculatum minus *C. B.* prat. minimum album *Park.* minimum album *Ger.* minus album & rubrum *J. B. The leſſer Meadow-graſs.*

Gramen prat. paniculâ ſparſâ versùs unam partem, duriore. *Meadow-graſs, with harder ſparſed panicles.* A præcedentibus differt, quòd Panicula ad tactum durior ſit, & versùs unam duntaxat partem ſpectet; quòd locuſtæ ſingulares longiores earúmque glumæ in breves ariſtas deſinant.

C. Gramen pratenſe paniculatum molle *C. B. Park.* lanatem Dalechampii *Ludg. J. B.* Gramen 6. cap. 22. lib. 1. *Ger. emac. Soft tufted Meadow-graſs.*

Gramen parvum præcox ſpicâ laxâ caneſcente. *Small Vernal-graſs, with a ſoft looſe ſpike.* In glareoſis & ſterilioribus plerumque naſcitur, ubi palmarem altitudinem aſſequitur, in lætiori ſolo ſemipedale eſt. Radices capillares, Folia brevia, anguſtiſſima; caulis tenuis, geniculatus: ſpica uncialis è viridi aut purpureo caneſcens; pluribus locuſtis in parvis ramulis laxiùs naſcentibus conſtans. Singulæ locuſtæ bina granula obtinent, quibus adhærent geminæ perbreves ariſtæ.

Gramen paniculatum elatius, paniculis ſeu ſpicis muticis, ſquamoſis. Radix huic fibris tenuibus capillata; Folia anguſta, glabra; Caulis pedalis & nonnunquam cubitalis aut adhuc altior, geniculatus: Panicula aliàs duorum digitorum aliàs palmaris & longior, non multùm ſparſa, ex pluribus ſpicis anguſtis, ſquamoſis, non ariſtatis conſtans. In pratis.

Gramen paniculatum bromoides minus paniculis ariſtatis, unam partem ſpectantibus. In marginibus herboſis, & ad ſepes. Hanc ſpeciem accurate deſcribere neſcio quomodo oblitus ſum.

C. Gramen ſegetum paniculâ ſpeciosâ *Park.* paniculatum arvenſe 3, ſeu ſegetum altiſſimum paniculâ ſparsâ *C. B.* Gr. capillatum *J. B. The fair-panicled Corn-graſs, or Bent-graſs.* Inter ſegetes, & in ſylvis.

N. Ex hujus culmis cum paniculis ſeriatim ordine funiculo vel junco connexis, ruſtici craticulas quaſdam conficiunt Anglicè *Bents* dictas, quibus æſtivo tempore caminos ornare ſolent noſtrates. His uſibus adhibentur etiam Gramen agrorum venti ſpicâ (teſte Johnſono apud Ger.) & Gramen criſtatum, teſte Lobelio in *Adv.* part. altera.

C. Gramen paniculatum aquaticum minus. Gr. miliaceum fluitans ſuavis ſaporis *D. Merrett. The leſſer water-graſs, with fine panicles.* Hujus panicula Graminis pratenſis vulgaris paniculæ ſimilis, verùm locuſtellæ minores magiſque ſparſæ, & plerunque ſpadiceæ. In aquoſis.

C. Gramen

C. Gramen pratenſe vulgare ſpicâ ferè arundinaceâ *J.B. Common Meadow-graſs, with a reedlike panicle.* In paſcuis nihil vulgatius eſt hoc Gramine, cujus panicula delicata, purpuraſcens, & arundinaceæ quadantenus æmula. Hanc ſpeciem à Gr. pratenſi omnino diverſam eam eſſe puto quam J. Bauhinus deſcribit ſub titulo allato, quamvis (ut verum fatear) ſynonyma quæ præponit è C. B. contrarium ſuadeant.

Gramen paniculatum locuſtis parvis annuum. Fibræ radicis albæ; Folia perangusta & ferè capillacea. Caulis pedalis, geniculatus, gracilis, Panicula ſparſa locuſtis parvis, bina ſemina totidem ariſtis perexiguis & brevibus armata continentibus. Summitates caulium & locuſtarum pediculi per maturitatem purpuraſcunt, Evulſu facile eſt hoc genus & annuum. Caulis ubi primas paniculas emittit, non rectà deinceps aſſurgit, ſed reflectitur nonnihil.

Gramen pratenſe ſerotinum paniculâ longâ purpuraſcente. Gr. pratenſe ſpicâ Lavendulæ *D. Merrett. Late-flowring Meadow-graſs, with a long purple panicle.* Radicis fibræ craſſiores ſunt, albæ, ſapore fatuo. Folia modicè lata, raris pilis prædita. Caules pedales aut cubitales unicum tantùm geniculum habent à radice non longè, ad quod duo aut tria folia oriuntur, caulem aliquouſque amplectentia, quod huic ſpeciei peculiare eſſe videtur. Ex his autem foliis exterius & caulem & reliqua folia ad ſeſquidigitum ferè amplectitur; medium (ſi adſit) interius ad alterum ſeſquidigitum, & interius caulem ad idem ſpatium. Panicula in ſummo non multùm ſparſa, tres aut quatuor digitos longa, purpuraſcens. Floſculi utrinque bifidi, purpurei. In pratis humidioribus frequens, Julio menſe floret. Monſpelii ſub finem Auguſti obſervavi.

Gramen ſpicatum montanum aſperum. E rupium fiſſuris in monte *Ingleborough* exit denſo ceſpite. Folia ei longa, modicè lata. carinata marginibus aſperis ſi deorſum digiti ducantur. Caulis tenuis, cubitalis, in

cacumine ſpicam gerens brevem, ſemina longa nigra.

C. Gramen Parnaſſi *Lob. Ger.* Parn. vulgare *Park.* Parn. flore albo ſimplici *C. B.* Parn. Dodonæi, quibuſdam Hepaticus flos *J. B. Graſs of Parnaſſus.* In paludoſis.

Gramen ſecalinum ſeu 4. cap. 22. lib. 1. *Ger. emac?* Secalinum majus an minus *Park.*? *Rie-graſs.* In paſcuis. Differt ab Hordeo ſpurio, quod culmus procerior ſit & gracilior, ariſtæ breviores.

Gramen ſparteum ſpicatum foliis mucronatis vel ſpicâ ſecalinâ *C. B.* Spartum ſpicatum pungens Oceanicum *J. B.* marinum noſtras *Park.* Anglicanum *Ger. Engliſh Sea-Matweed, or Marram.* In arenoſis cumulis ad maris litus frequens.

N. J. Cargillus Scotus Gramen marinum pungens, (de hoc genere loquitur) vulgò *Bent* vocari ait, & copioſè in arenoſo maris litore naſci ſcribit, refertque eo Anglos, conclavibus ſtratis, æſtate quidem virenti conciliare frigus, hyeme ſiccato calorem fovere. *J. B.* tom. 2. pag. 478.

C. Gramen ſparteum juncifolium *C. B.* Spartum parvum Lobelio *J. B.* parvum Batavicum & Anglicum *Park.* noſtras parvum Lobelii *Ger. emac. in Append. Small Matweed.* In paluſtribus.

C. Gramen tomentoſum & Linogroſtis *Tab.* tomentoſum II, ſive pratenſe tomentoſum paniculâ ſparsâ *C. B.* tomentarium *Ger.* Gnaphalium Tragi ſive Juncus bombycinus *J. B.* Gr. juncoides lanatum, vel Juncus bombycinus vulgaris *Park. Cotton-graſs.* In paludoſis. Junio & Julio lanam fert.

C. Gramen tremulum *J. B.* trem. 2, ſive majus *C. B.* Phalaris pratenſis *Ger.* Gram. tremulum ſeu Phalaris media Anglica prima an ſecunda *Park.* Parkinſonus multiplicat gramina ſine ulla omnino neceſſitate, ideóque ſiquis eum ſequi velit, maximam confuſionem experietur, nec ipſe certè intellexit quid ſcripſit.

Quaking-

Quaking-grass, Cow-quakes, and in some places Ladies-hair. In pascuis ubique.

C. Gramen typhinum majus, seu 3 *Ger. emac.* maximum *Park.* Gr. cum cauda muris majoris longa majus *J. B.* Gr. typhoides I, seu maximum spicâ longissimâ *C. B.* item Gr. typhoides 4 sive asperum alterum *ejusdem*, ex sententia *J. B. The greateſt Cats-tail-graſs.* In pratis udis,

C. Gramen typhinum minus *Ger.* an medium seu vulgatissimum *Park?* Gramen cum cauda muris minus *J. B.* Gr. typhoides 3 sive asperum primum *C. B. The leſſer Cats-tail-graſs.* An hoc specie à priori diversum sit, an variet tantùm ratione loci, meritò dubitat *J. B.* Est autem in magnitudine, staturâ & longitudine spicæ, insignis differentia inter antecedens & hoc. Ad semitas & agrorum margines.

Gramen typhinum maritimum minus. An Gram typhinum Danicum minus *Park. Sea-Cats-tail-graſs.* Supra palmi altitudinem vix assurgit. Spicæ breves sunt, in medio turgidulæ, seu ventricosæ, versùs utrumque extremum graciliores. Figura Parkinsoni huic benè respondet.

Gramen typhinum à Gr. alopecuroide differt 1. quòd ejus spica asperior sit. 2. quòd squamæ singulæ bicornes.

Graminifolia repens palustris vasculis granorum piperis æmulis. *Pepper-graſs.* Perexigua hæc planta per terram repit foliis tenuissimis. In alis foliorum globulos sessiles profert granorum Piperis magnitudine ferè, seminibus albis refertos.

C. Gratiola angustifolia *Ger. emac.* angustif. sive minor *Park.* Hyssopus XIII, seu Hyssopifolia *C. B.* Hyssopifolia aquatica *J. B. Small Hedge-Hyſſop.* In aquosis & ubi per hyemem aquæ stagnârant.

Gratiola latifolia cærulea, *v.* Lysimachia galericulata.

H

HAlimus sive Portulãca marina *C. B.* vulgaris sive Portulaca marina *Ger.* Portulaca marina nostras *Park.* marina fruticosa, quæ Halimus 2 Clusii *J. B. Common Sea-Purslane.* In paluſtribus maritimis.

N. 1. Hujus foliis & tenellis ramulis Crithmi modo muriâ conditis, hyberno tempore ad excitandum appetitum in acetariis utuntur non Batavi tantùm, sed & Britanni.

2. An vires Halimo à Veteribus attributæ huic plantæ convenjant ambigitur, necdum constat an hic sit verus & legitimus Antiquorum Halimus.

C. Hedĕra arborea *C. B.* corymbosa *Ger.* arborea sive scandens, & corymbosa nigra *Park.* communis major & minor *J. B. Climbing or berried Ivy.*

N. 1. Hoc à natura peculiare habet, quòd prima ejus folia sint angulosa & varia, posteriora & summa rotunda. Solet enim natura aliàs scindendo procedere à simplici ad varium, inquit *C. Hofman.* de *Medicam. Officinal.* lib. 2. cap. 102. Idem tamen, quod pace illius dixerim, observatur etiam in Agrifolio, ut superiùs annotavimus, in Smyrnio Cretico, & in Sio aquatico maximo, cujus folia ima quæ primo vere erumpunt, in valdè tenues lacinias divisa sunt; superiora Pastinacæ sativæ foliis similia.

2. Vulgò jactatur, & Wecherus ex Euonymo & aliis refert, Vinum ab aqua separari, si vas ex hedera conficiatur, eíque vinum infundatur, cui aqua permista; brevi enim permanente vino aquam extillare, [Veteres, ut Cato, Varro, Plinius, vinum extillaturum

rum aiunt remanente intùs aquâ, quod verisimilius est, cùm vinum spirituosius sit, & tenuiorum subtiliorúmque partium.] In hujus experimenti veritatem ut inquirerem, ex ligno hederæ, (cùm mihi frustum obtigerit brachii magnitudine) pocula confici curabam, quorum maximum liquoris libram semis capiebat, cui vini duas partes, aquæ unam infundebam; quæ per tres dies mixta ubi stetissent, paulatim simul transudabant, ex quo de experimenti veritate judicium ferre quivis poterit. *Worm. mus.* lib. 2. cap. 17. pag. 171.

3. Lignum hederæ de radice dissectum, ubi crassius esse consuevit, à sutoribus in eum usum parari solet, ut postquam cultellos suos ad corium dissecandum idoneos ad cotem exacuerint, asperiores etiam tunc illos æquales lævigatósque reddant, ad dictum lignum ultra citráque ducendo: quod præ aliis ad hunc usum idoneum judicetur, fortè ob mollitiem substantiæ ipsius, quæ etiam sensu percipitur. *J. B.*

C. Hedĕra helix *Park. Ger.* 3, sive major sterilis, & 4, sive minor repens *C. B. Barren or creeping Ivy.*

N. 1. Hanc à priore specie diversam non agnoscunt Tragus, Cæsalpinus & J. Bauhinus; quin totum inter eas discrimen evenire contendunt, vel ratione ætatis, vel loci ubi crescunt; hinc enim solùm fieri quòd aut formâ differant, aut fructu. *J. B.* tom. 2. lib. 15. pag. 111, 112, quibus & nos subscribimus.

2. Internus hederæ foliorum usus (quia capiti nervosóque generi adversatur) rarus est. Externus creber in ichoribus exiccandis & sanandis: in fonticulis ab inflammatione tutandis [imponitur quotidie folium] in ozænis curandis: in aurium purulentarum dolore sedando, [miscetur succus cum oleo ex. g. liliaceo] *Schrod.* At nostrates folia hederæ recentia fonticulis quotidie imponunt, non ad eos tantùm ab inflammatione tutandos, sed & ad apertos conservandos, humoréque illuc fluentes eliciendos vi suæ attractoria.

3. Baccæ

3. Baccæ purgant per ſuperiora & inferiora, unde à vulgo contra febres exhiberi ſolent. *Schrod.*

4. Grana baccis exempta, triticeis nonnihil ſimilia, cùm à nonnullis in areis & templorum tectis à volucribus temerè ſparſa inventa fuerint, occaſionem illis dederunt imaginandi, rumorémque in vulgus prodigiorum credulum ſpargendi, tritico pluiſſe.

5. Pulvis baccarum hederæ plenam maturitatem adeptarum larga doſi exhibitus, arcanum eſt contra peſtem. *D. Boyl. De utilit. Philoſoph. experiment. ad medicinam.*

C. Hedĕra terreſtris *Ger.* terreſtris vulgaris *C. B. Park.* Chamæciſſus ſive Hedera terreſtris, & Hedera ſylvatica Romanorum *J. B.* in Append. tom. 3. pag. 855. *Ground-Ivy, Ale-houſ, Gill-go-by-ground, Tunhoof.*

N. 1. Vulneraria eſt tum intrinſecùs ſumpta, tum extrinſecùs adhibita, diuretica, emmenagoga; Uſûs creberrimi in Tartaro pulmonum & renum reſolvendo: quin & ictero conferre dicitur, & ad dolores colicos conducere in clyſteribus.

2. Vidi ego utentes quoſdam ad torſiones poſt partum, ventri appoſitâ; ac ipſe etiam utiliter ſanè uſus ſum. Hujus porrò felicem uſum obſervavi in expellendis vermibus equorum, ſi contuſa detur cum avena. *J. B.*

3. Hederam terreſtrem Angli præſertim Septentrionales in dolia immittere ſolent, ad depurandam ſeu clarificandam cereviſiam; quod brevi tempore, 24 nempe horarum ſpatio, præſtare ſolet, unde & nomen *Ale-hoof*, ſive *Tun-hoof* adepta eſt. Verum hic mos poſt receptum lupulorum uſum paulatim deſuevit.

4. Succus hujus plantæ naribus attractus cephalalgiam etiam vehementiſſimam & inveteratam non lenit tantùm ſed & penitus aufert. Medicamentum hoc

(inquit

(inquit autor meus Joannes Oldacres) quamvis facilè parabile & ubique obvium ſit, non ſatis poteſt laudari, ſi res ex uſu æſtimarentur, auro æquiparandum: novi quippe qui per decennium & amplius acerrimis doloribus conflictati, ſtatim ab ejus uſu recreati ſunt, nec unquam poſtea paroxyſmum ſenſerunt.

C. Hederula aquatica *Ger.* Lenticula aquatica triſulca *J. B. C. B.* Ranunculus hederaceus aquaticus *Park. Water-Ivy, or Ivy-leaved Ducks-meat.* In aquis cœnoſis pigrioribus. *Abundantly in the Fen-ditches in the Iſle of Ely.*

Helenium, *v.* Enula campana.

Helianthemum, *v.* Chamæciſtus.

C. Helleborine paluſtris noſtras. An Helleborine anguſtifolia paluſtris *C. B? Baſtard white Hellebore, or Marſh-Hellebore.* Apud nos nuſquam quàm in paluſtribus & humidis pratis occurrit. Deſcriptio Helleborines Cluſii (quæ eſt anguſtifolia paluſtris ſive pratenſis *C. B.* Damaſonium flore herbaceo intùs nonnihil candicante *J. B.*) huic noſtræ per omnia non convenit. Nam folia ei latiora eſſe ait quàm ſint Helleborines *Dod.* cùm noſtræ hujus anguſtiora ſint; Florum quoque colorem herbaceum, qui in hac ſpecie albent vel purpuraſcunt nonnihil.

C. Helleborine latifolia montana *C. B.* Helleborine *Dod. Ger.* Helleborine Dodonæi *J. B. The moſt common baſtard, or wild white Hellebore.* In ſylvis & opacis, *As in Kingſton-wood about ſix miles from Cambridge.* Hæc ſpecies quæ apud nos in ſylvis cæduis, lucis & opacis ſæpiùs occurrit, florem habet plerunque herbaceum, unde ſiquis ab Helleborine *Dod.* diſtinctam velit, ei magnopere non refragabor.

Helleborine flore atro-rubente *Park.* 2, ſive altera atro-rubente flore *C. B.* Elleborus borryodes ſeu Aliſma racemoſum *J. B. Wild or baſtard-white-Hellebore, with a blackiſh flower. Near Sheffield in York-ſhire; and on the*

the ſides of the mountains near Malham 4 miles from Settle in the ſame County in great plenty, as alſo in many other places thereabout.

De Helleborines viribus nihil certi traditur, neque ab Antiquis, neque à recentioribus.

Helleborine flore rotundo, *v.* Calceolus Mariæ.

C. Helleborus niger hortenſis flore viridi *C. B.* niger vulgaris flore viridi vel herbaceo, radice diuturna *J. B.* Helleboraſter minor flore viridante *Park. wild black Hellebore, or Bears-foot.* Helleboraſtrum *Ger. in Bigwin-Cloſes near Cambridge. It is ſaid alſo to grow plentifully about Arundel-Caſtle in Suſſex.* Iiſdem viribus cum Helleboro nigro pollere creditur.

N. Folia cereviſiæ per 2 aut 3 horas infuſa & pota, jejuno ventriculo, tribus matutinis, inſigne prophylacticum cenſentur adverſus variolas alióſque morbos contagioſos. *D. Johnſon.*

C. Helleboraſter maximus *Ger.* maximus ſive Conſiligo *Park.* Helleborus niger fœtidus, Enneaphyllon Plinii lib. 27. cap. 9. *C. B.* Helleborus niger ſylveſt. adulterinus, etiam hyeme virens *J. B.* In Append. tom. 3. *Great baſtard black Hellebore, or Bears-foot. In the hedges of ſome cloſes about Cherry-Hinton, near Cambridge.*

N. 1. Tragus & Dodonæus venenatam qualitatem huic plantæ tribuunt, ideóque ab ea cavendum monent. Folia præcedentis ſiccata & in pulvere exhibita cum melle & ficu, ad puerorum vermes commendat Gerardus.

2. Radicis hujuſce particulam in pecoribus medendis auriculæ perforatæ inſerere ſoliti ſunt veterinarii antiqui. Recentiores omnibus ferè corporis jumenti partibus radiculam eam inſigere ſolent, quâvis etiam de causâ laborantis. Quam primum enim jumentum aliquod parùm lætè vivere intellexerint ad hoc medicamentum tanquam ſacram ancoram confugiunt, & plerunque ſucceſſus votis reſpondet. *Kyberus*

apud

apud Tragum; qui tamen veterinarios *Gengenbacenſis* non Conſiligine, ſed Elleboro nigro Dioſc. ad hanc rem uti ait.

Hepatica vulgaris Officinarum, *v.* Lichen.

Heptaphyllon, *v.* Tormentilla.

Herba Gerardi, *v.* Angelica ſylveſtris.

C. Herba Paris *Ger. Park. J. B.* Solanum tetraphyllon *Ad. Lob.* bacciferum X ſive quadrifolium bacciferum *C. B. Herb-Paris, True-love, One-berry.* In umbroſis ſylvis, *as in Kingſton and Everſden-woods, and in the woods about Balſham near Cambridge.*

N. 1. De hujus viribus ſic breviter Schroderus. Baccæ & folia refrigerant & ſiccant. Uſus baccarum internus eſt alexipharmacus in peſte, venenatis morbis, veneniſque aſſumptis (ex. gr. Arſenico) Extrinſecùs foliorum uſus eſt in bubonibus peſtilentialibus aliiſque calidis tumoribus, in paronychia, in inveteratis ulceribus.

2. Plantam hanc non Aconitum credendam, ſed potiùs Alexipharmacum, probat Lobelius experimento duorum canum quibus Arſenicum & Sublimatum dederat, quorum alter cui pulverem Saxonicum exhibuit, convaluit; alter cui nihil dedit, extinctus eſt. V. hiſtoriam integram *Ad.* pag. 105.

3. An tutum ſit peſtilentialibus tumoribus applicare narcotica, meritò controvertitur, inquit J. Bauhinus.

Matthiolus adverſus veneficia commendat, aitque ſe noviſſe quoſdam veneficiis ſemi-ſtultos factos, hujus plantæ ſemine ad 20. uſque diem hauſto drachmæ pondere, priſtinæ ſanitati omninò reſtitutos eſſe. Nos contrà pronunciamus eos ſemi-ſtultos vel plane ſtultos eſſe, qui credunt veneficia à ſagis illata (ſi tamen intulerint) tolli poſſe per herbas, verba, aut ejuſmodi præſtigias *J. B.*

C. Hieracium aſperum majore flore in agrorum limitibus *J. B.* Cichoreum pratenſe luteum aſperum, *Park.* Cich.

Cich. pratense luteum hirsutie asperum, vel Hieracium hirsutum foliis caulem ambientibus *C. B.* & Cichorium montanum anguſtifolium hirsutie asperum *ejusdem* ex sententia *J. B.* & nostrâ. Hier. asperum *Ger. Rough Hawkweed, with a large flower, yellow Succory.* Ad agrorum limites.

C. Hieracium caule aphyllo hirsutum *J. B.* Dentis leonis folio acuto 9, sive asperum flore magno Dentis leonis *C. B.* asperum foliis & floribus Dentis leonis bulbosi *Park.* Dentis leonis folio hirsutum *Ger. emac. Dandelion-Hawkweed.* In pratis & pascuis. Florere incipit omnium Hieraciorum quæ apud nos habentur primum. In autorum nominibus nobismet non satisfacimus, adeò confusè & obscurè scribunt, ut quid sibi vellent nec ipsos sciviſſe crediderim. Verùm satis innotescit hæc planta, quòd habeat caules simplices seu non ramosos, aphyllos, hirsutos, unico in singulorum fastigiis flore amplo,& in omnibus ferè pratis & pascuis occurrat.

Hieracium fruticosum latifolium hirsutum *Park. C. B.* Hieracii Sabaudi varietas altera *J. B. Bushy Hawkweed, with rough broad leaves. This is very common in woods, as about Hampsted and High-gate near London,* &c. Hæc planta specifice distincta est à Pulmonaria Gallorum, altiùs siquidem assurgit,binos cubitos non rarò excedens: Caulis quoque robustior est & rigidior, plurimis foliis vestitus.

Hieracium fruticosum latifolium glabrum *Park.* frut. latif. foliis dentatis glabrum *C. B.* Hieracii Sabaudi varietas 1, Erinus quibusdam Matth. dicta *J. B. The smoother broad-leaved bushy Hawkweed.* Inter hoc & præcedens manifesta est differentia; illud enim foliis est & caulibus molli lanugine pubescentibus, hoc brevi & vix conspicua lanugine obducitur; deinde illud seriùs floret, hoc maturiùs. Parkinsono malè describitur.

Hieracium

Hieracium ſruticoſum anguſtifolium majus *C. B. Park.* intybaceum *Ger.* rectum rigidum, quibuſdam Sabaudum *J. B. Narrow-leaved buſhy Hawkweed.* In locis ſabuloſis & petræis.

C. Hieracium longiùs radicatum *Ger. emac. Park.* Dentis leonis folio obtuſo I, ſeu majus *C. B.* macrocaulon junceum, ſive minus primum Dodonæi *J. B. Long-rooted Hawkweed.* In pratis & paſcuis.

C. Hieracium luteum glabrum ſive minùs hirſutum *J. B.* Cichoreum pratenſe luteum lævius *C. B. Park.* An potiùs Hieracium Chondrillæ folio glabrum *C. B?* aphacoides *Ger? Smooth Succory-Hawkweed.* Planta quam intellectam vellem apud nos ſemper eſt glabra; habétque flores, capitula & ſemina omnium quæ in Anglia ſponte exeunt minima, Hyoſeride excepta.

C. Hieracium Caſtorei odore Monſpelienſibus, i. e. Cichorei vel potiùs Stœbes folio hirſutum *C. C. Small rough Succory-leaved Hawkweed:* in ficcioribus, ſed rariùs. Non obſcurum Caſtorei odorem ſpirat. Deſcribitur nobis in *C. C.*

C. Hieracium minus præmorſa radice *Lob. ico. Park.* minus præmorſa radice ſive Fuchſii *J. B.* chondrillæ folio glabro, radice ſucciſa majus *C. B.* minus ſive leporinum *Ger. Hawkweed, with bitten roots, yellow Devils-bit.* In paſcuis vulgare. Variat magnitudine & hirſutie foliorum.

C. Hieracium minimum Cluſii, Hyoſeris Tabernæmontani & Gerardi *Park.* Dentis leonis folio obtuſo 8, ſive minus folio ſubrotundo *C. B.* Hyoſeris maſcula *Ger. Small Swines-Succory.* In arvis arenoſis. *As about Gamlingay.*

Hieracium montanum latifolium glabrum minus *C. B. Park.* mont. latif. minus *Ger.* latifolium glabrum ex valle Griesbachiana *J. B. The leſſer broad-leaved ſmooth*

Mountain Hawkweed. In montosis Septentrionalibus Angliæ, locis udis & humectis præsertim sylvosis. Ad Hieracium fruticosum latifolium accedit, in multis tamen ab eo differt, ut v. g. quòd caulis concavus sit, quòd folia basi sua caulem amplectantur, quódque semen citrinum sit.

C. Hieracium montanum non ramosum caule aphyllo, flore pallidiore. An Hieracium mont. hirsutum minus *C. B?* *Hawkweed, with a pale flower.* Hujus flos pallet ut Auriculæ muris: non dissimile est Hieracio Narbonensi rotundifolio caule aphyllo *J. B.* *Found on the banks of the Devils ditch.*

Hieracium parvum in arenosis nascens seminum pappis densiùs radiatis. *This was found on the gravelly heathgrounds near Middleton in Warwick-shire.*

De Hieracii viribus nihil memoratu dignum occurrit apud Medicos aut Botanicos.

C. Hipposelinum *Ger. emac.* Hipposelinum sive Smyrnium vulgare *Park.* Macerone, quibusdam Smyrnium semine magno nigro *J. B.* Apium 13, i. e. Hipposelinum Theophrasti vel Smyrnium Dioscoridis *C. B. Alexanders.* In rupibus maritimis, v. g. in insula *Prestholm* propè *Beaumaris* abundè, in Scotiæ litoreis rupibus non procul Bervico; *and by this when young, I suppose they were deceived, who gave information to the Compilers of Phyt. Brit. that* Angelica sativa *grew on the rocks near Berwick.*

N. Venit in cibum cruda & cocta tum radix concisa, tum folia tenella & caulis, vel in jusculis, vel intinctibus ex aceto & oleo ad sanguinem depurandum. Officinis nostris Olus atrum dicitur; in transmarinis vulgò, sed falsò, Petroselinum Macedonicum. Anglicè quoque *Alexanders*, vel quia ab Alexandria Ægypti, urbe ad nos advehi solitum est, vel quia id vulgo creditum.

C. Holosteum vernum flore majore *P. B.* Gramen leucanthemum *Ger. Park.* Gr. Fuchsi, sive leucanthemum,

mum, *J. B.* Caryophyllus holoſteus arvenſis V, ſive arvenſis glaber flore majore *C. B. Stitchwort, with large flowers.* In ſylvis & dumetis, vere floret.

N. Oculorum inflammationibus adhibetur tum herba contuſa, tum ſuccus expreſſus, tum denique aqua è floribus deſtillata. Laterum doloribus ſubvenire creditur, unde & Anglicè nomen *Stitchwort* obtinuit.

C. Holoſtei Ruellii diverſitas *Lob. ico.* Gramen leucanthemum alterum *Ger.* Gramini Fuchſii leucanthemo affinis & ſimilis herba *J. B.* Caryophyllus holoſteus arvenſis VJ, ſive arv. glaber flore minore *C. B.* Gr. leucanthemum minus *Park. The leſſer Stitchwort.* In paſcuis & vepretis ſolo arenoſo. Hæc planta, ratione loci in quo creſcit, faciem inſigniter mutat; ſiquidem in aggeribus paluſtribus foſſarum Elienſis inſulæ colorem glaucum caryophyllorum obtinet, & caules firmiores brevioréſque.

C. Holoſteum minimum tetrapetalon, ſive Alſine tetrapetalos caryophylloides. *The leaſt Stitchwort.* Radix ei alba, fibris donata. Cauliculi plures ſemipalmares, tenues, infirmi, rotundi, rubentes, crebris geniculis intercepti. Ad ſingula genicula apponuntur folia ex adverſo bina, caulem ferè amplectentia, dimidium vix digitum longa, è baſi latiuſcula in acutum mucronem ſenſim definentia. Flores in ſummitatibus ramulorum albi, quadrifolii, è calyce quadrifolio, quâ notâ à reliquis hujus generis omnibus ſatis diſtinguitur, Vere floret, in glareoſis ſterilioribus frequens.

C. Holoſteum minimum paluſtre capitulis longiſſimis filamentis donatis. *The ſmalleſt Marſh-Plantain.* Fibris albis majoribus & pluribus quàm pro plantulæ modulo radicatur. Folia in orbem ſpargit craſſa, ſucculenta, anguſta, in terram reclinata, duos vel tres digitos longa. Caules ex eadem radice plures vix digitum alti capitulum ſeu floſculum in ſummo geſtant exi-

guum compressum, unde exeunt quatuor longissima filamenta apicibus donata. In palustribus & uliginosis sæpiùs inveni. *On Hinton-moor near Cambridge, on the moist Fenny grounds about Glastenbury, Prussians*, &c.

C. Hordeum spurium *Park. Ger.* murinum *J. B.* An Herba Phœnicea Græcorum Plinio *lib.* 22. *cap.* 25? Gramen hordeaceum 2, sive minus & vulgare *C. B.* Secale sylvestre & Gramen secalinum *Johnsoni* apud *Ger. Wall-Barley, Wild-Rye, or Rye-grass.* Ad semitas. Spica propiùs accedit ad Secale quàm ad Hordeum.

C. Hordeum distichum *Ger. Park. J. B.* distichum, quòd spica binos ordines habeat Plinio *C. B. Common-Barley.* Seritur in agris.

C. Hordeum distichum minus *Park. Sprat-Barley, & Battle-door-Barley.* Hoc precedente spica breviore latioréque est, & granis magis confertis; quin & ab avium injuriis tutius esse tradunt, quia grana ejus vixdum matura à spica difficiliùs avelluntur. Hæc duo genera apud nos hyemem non ferunt, ideóque seruntur vere.

C. Hordeum polystichon *J. B.* polystichum hybernum *C. B.* polystichum vel hybernum *Park. Winter or square Barley, or Bear-Barley. and in the North Big.* In Septentrionalibus vulgò seritur.

N. 1. Plerunque tetrastichum est, aliquando plures granorum ordines obtinet, unde Hordeum hexastichum pulchrum *J. B.* ab hoc non differre putamus. Quin & polystichum vernum & hybernum solo sationis tempore & accidentibus indè ortis distare, ut cuilibet eorum descriptiones apud Bauhinos conferenti patebit. Hinc temeritate non adeò infelici, quæ contraria videntur, & tamen vera sunt, tradiderunt Botanographi nostrates, cùm Gerardus Hordeum polystichum vernum apud nos duntaxat seri asserat: Parkinsonus solummodo hyemale.

2. De

2. De modo conficiendi cerevisiam ex Hordeo non est cur aliquid dicamus: cùm ubique vulgaris sit notitiæ. Siquis curiosior illum scire desiderat, consulat *Adversaria* Lob. & *J. Bauhinum* lib. 18. cap. 11. ubi de malto sive Byne, cerevisiâ, alâ copiosè differit. Illud tamen præterire non possum, scribere Lobelium cerevisias Britannicas quaslibet Septentrionales bonitate longè superare; idoneum judicem, quippe natione Belgam, & qui in plerasque regiones ubi in usu est Cerevisia peregrinatus fuerat.

3. Ptisana Veterum decantatissima hoc modo fiebat. Hordeum in aqua maceratum dum extumescat in sole siccatur; mox in pila pistillo ligneo tantisper tunditur donec corticem exuat. Hoc in aqua lento igne decoquitur donec succulentum reddatur. Uni parti hordei decem partes aquæ admiscet Oribasius; 15 Paulus. *J. B.* Hæc est illa sorbitio in omnibus acutis morbis tantopere commendata. Dicitur autem Ptisana ἀπὸ τῆς πτίσεως i. e. decorticare, quod quamvis omnium frugum decorticatarum generale nomen sit, per excellentiam tamen Hordeo proprium factum est.

4. Antiquorum Ptisanâ hodie non utuntur medici; sed ejus vice hordeum decorticatum, quod mundum vocant, tantisper in aquâ decoquunt dum pultis speciem referat: deinde tundunt & tenui incerniculo percolant, saccharum addentes, aliáque deinde admiscent pro varia medentis intentione aut scopo.

5. Fit & hodie à Pharmacopœis potio quam Ptisanam χρηστικὴν vocant, Galli *Tisane*, cùm nec Ptisana sit, nec Ptisanæ cremor, sed ejus tantùm tenuius decoctum, ipsius substantiæ parùm aut nihil retinens. Fit enim ex hordeo mundato, Glycyrrhizâ & uvis passis. Hæc potio in Gallia frequentissima est æstivo tempore, ubi in omnibus ferè pharmacopoliis venalis prostat. Usus ejus est ad refrigerandum & humectandum.

C. Horminum sylvestre *Ger.* pratense foliis serratis *C. B.* sylv. vulgare *Park.* Gallitrichum sylvestre vulgò, sive sylvestris Sclarea flore purpureo cæruleóve magno *J. B. Wild Clary.* In glareosis frequens. Hæc planta est (ni multùm fallor) quam Clusius Horminum sylv. lavendulæ flore appellat, & Greenvici ad arcis Regiæ hippodromum se inveniſſe scribit. Hujus enim flores multo minores sunt floribus Hormini sylvestris Herbariorum in transmarinis nascentis: unde & ego cùm primò illud viderem propè Coloniam Agrip. pro diversa specie habui.

N. Ut facie sic & viribus cum Hormino sativo convenire creditur. Semen integrum oculis immissum eos purgat & mundificat, ruborémque & inflammationes mitigat & sanat, ut Gerardus noster aliique referunt; nec vulgus ignorat, qui non sine successu in hunc finem illud adhibet. Verùm non aliud putò efficit quàm lapis Chelidonius aliæque gemmæ politæ & hemisphæricæ oculis impositæ; pulverem nempe, sordes & festucas quæ forte inciderint, abstergit & aufert.

Hyacinthus Anglicus *Ger.* Anglicus sive Belgicus *J. B.* oblongo flore cæruleus major *C. B.* longiflorus præcox I, sive dolichanthus major & Anglicus P. *Lauremb. in Apparatu.* Anglicus, Belgicus vel Hispanicus *Park. in par. English Hyacinth, or Hare-bells.* In sylvis & dumetis per totam Angliam vulgatissimus.

Hyacinthus Autumnalis minor *Ger. Park.* autumnalis minimus *J. B.* stellaris autumnalis minor *C. B. Small Autumnal Hyacinth.* In rupe S. Vincentii prope Bristoliam, & ad Promontorium dictum *the Lizard point* copiosissimè.

Hyacinthus stellatus Fuchsii *Ger.* stellatus vulgaris sive bifolius Fuchsii *Park.* stellatus bifolius & trifolius vernus dumetorum flore cæruleo & albo *J. B.* stellaris I, sive bifolius Germanicus itémque 2, sive trifolius

ejusdem.

ejusdem. Small Vernal Star-Hyacinth. In insulis quibusdam Cambriæ vicinis, ut *Bardsey*, &c. necnon in clivis maritimis ejusdem Cambriæ. Hyacinthum Græcis, Latinis vaccinium dictum esse asserit Salmasius in *Præfat. Homonym. Hyles iatricæ*; Nam pro diminutivo ὑακίνθιον Æoles scribebant ϝακίνθιον & ϝακίνυιον literam υ per ϝ efferentes, ut φῦσα & φὺς pro φυὺς & φῦσα, θυγάτηρ pro θυγάτηρ, & similia.

C. Hyoscyamus niger *Dod. Lob. Ger.* vulgaris *J. B.* niger, vel vulgaris *Park. C. B.* Jusquiamus *Offic. Henbane.* In fimetis & locis ruderatis.

N. 1. Refrigerat & emollit mirè; somnum inducit, dolores sedat, acrimoniam mitigat, at rationem perturbat: unde internus ejus usus rarissimus est. Adversùs acres, calidásque oculorum defluxiones prodest: sanguinis eruptiones muliebriáque profluvia compescit: & ad testium aliarúmque partium inflammationes adhibetur, necnon ad podagram & dolorem ischiadicum in fomentis.

2. Andegavenses & Pictones adversùs pruriginem illam molestam, & tumores manuum pedúmque à frigore contractos commendant, citinos ejus carbonibus inspergentes, fumúmque exhalantem manibus pedibúsque excipientes.

3. Seminum Hyoscyami & Papaveris albi ana ʒ ii, Conservæ rosarum rubrarum ʒ i. in formam Electuarii redacta, & nucis myristicæ magnitudine exhibita hæmorrhagiam quamcunque sistunt. *D. Boyl. de util. Philos. Nat.*

4. Hujus folia in lacte decocta ad Arthritin *Duretus* extollit.

C. Hyperïcum majus sive Androsæmum Matthioli *Park.* Hyp. Androsæmum dictum *J. B.* Androsæmum hypericoides *Ger.* alterum foliis hyperici, quod aliquibus hypericoides *C. B. Tutsan S. Johns-wort.* In dumetis. Vide descriptionem *J. B.* Figura quam habet nec ipsi nec nobis placet, nec magis figura quæ habetur apud

Ger. & Park. nec titulus Androſæmi magni apud Lobelium. Parkinſonus Androſæmum magnum *Lob.* & Rutam ſylveſtrem hypericoidem *Dod.* plantæ ſequentis nimirum Hyperici bifolii glabri non perforati ſynonyma facit, adeóque hanc plantam cum ſequenti confundit: quin & Bauhinum ineptè taxat, quòd non eundem ſecum errorem erraverit.

* Hyperĭcum elegantiſſimum non ramoſum folio lato *J. B.* Aſcyron ſive Hypericum bifolium glabrum non perforatum *C. B.* Androſæmum Matthioli *Park. Elegant St. Johns-wort, not perforate.* In Occidentalibus Angliæ plurimum, v. g. in rupe S. *Vincentii* propè *Briſtoliam*, in dumetis propè *Denbigh*, ad Occiduum oppidi latus, vidimus & in Septentrionalibus & in mediterraneis. Attende deſcriptionem *J. B.*

C. Hyperĭcum minus ſupinum *Park.* minimum ſupinum *J. B.* minus ſupinum, vel ſupinum glabrum *C. B.* ſupinum glabrum *Ger. Small creeping St. Johns-wort.* In paſcuis arenoſis & ſterilioribus requietis agris.

C. Hyperĭcum pulchrum Tragi *J. B.* 5, ſive pulchrum Tragi *Ger. emac.* minus erectum *Park.* IV, ſive minus erectum *C. B. Small upright St. Johns-wort.* In dumetis ſolo præſertim arenoſo aut glareoſo, & ericetis.

C. Hyperĭcum *Ger.* vulgare *C. B. Park.* vulgare, ſive Perforata caule rotundo, foliis glabris *J. B. St. Johns-wort.* In dumetis, & ad ſepes.

N. 1. Hypericum diureticum eſt & vulnerarium inſigne: decoctum & potum febri tertianæ medetur & quartanæ, excreationes ſanguinis ſiſtit, vulneribus & eroſionibus internis auxiliatur. Oleum ex ejus floribus miris laudibus effert, atque in vulneribus ſanandis balſamo cuivis naturali præfert Gerardus noſtras, cujus compoſitionem apud ipſum vide. Semen inſuper in pericarpiis ſeu ſummitates ad vulneraria balſama nulli ſecunda experimento chirurgorum Monſpelienſium. Vide *J. B.* tom. 3. lib. 29. cap. 132. ubi habetur & oleum ex eo paratum.

2. Tin-

2. Tinctura florum hyperici egregium est medicamentum in Mania intro sumptum. *Sala Grembs.* Mihi quoque sæpiùs expertum. Idem præstat & in Melancholia *D. Needham.*

3. Herbæ decoctum 40 diebus potum, vel etiam seminum pulvis icterum & podagram sanat, calculo apprimè conducit, interaneorum vermes necat, & balsamica qualitate sanguinem imbuit. *D. Bowle.*

4. Hyperico cuicunque flores aurei, qui cruento aut rubicundo succo terentium digitos inficiunt.

Hyssopifolia, *v.* Gratiola.

I

C. JAcea nigra *Ger.* nigra vulgaris *Park.* nigra vulgaris capitata & squamosa *J. B.* nigra pratensis latifolia *C. B. Knapweed, Matfellon.* Ad semitas & in pascuis nimis frequens.

Habetur in Occidentali Angliæ parte hujus varietas flore Jaceæ majoris, hoc est cum limbo flosculorum majorum seu longiorum, ut in Cyano & Scabiosa etiam fit, nec minùs frequens quàm vulgaris.

Hujus iterum varietatis aliam varietatem observavit nobisque ostendit T. W. quam *Jaceam nigram flore speciosi pleno* rectè denominaveris; siquidem flos totus componitur ex ejusmodi flosculis speciosis qui supradicti marginem componunt. Eandem flore albo invenit D. Johnson. *At Haughton in the Bishoprick of Durham.*

C. Jacea nigra vulgaris laciniata *Park.* major *Ger.* itémque Scabiosa flore purpureo *ejusdem*, ut J. Bauhino & nobis etiam videtur. Scabiosa major squam-

matis

matis capitulis *C. B.* itémque Scabiosa major altera squammatis capitulis, sive Jacea rubra latifolia laciniata *ejusdem.* Centaurium collinum Gesneri flore purpureo *J. B. Great Knapweed, or Matfellon.* Inter segetes.

N. Notatu dignum est, quòd apud nos pleræque omnes plantæ quæ flores purpureos aut cæruleos communiter proferunt, colore floris interdum varient, & albos, carneósve flores, quamvis rariùs, edant. Hujusmodi sunt à nobis observatæ, Betonica, Bugula, Prunella, Digitalis, Centaurium minus, Cardui plerique, Anonis, Cichorium, Echium Scorpioides, Trachelium, Cyanus, Geranium batrachoides & Robertianum, Orchides purpureæ omnes. &c. Quæ luteo vel albo floris colore sunt, rarissimè cum mutant sylvestres; verùm in hortis cultæ & hæ quoque idem faciunt; ut ipsemet expertus sum in Blattaria lutea, à cujus semine deciduo in hortulo meo exortæ sunt aliquot plantæ flore albo insignes. An inopiæ alimenti adscribendum quòd colores languescant, an regionis intemperiei?

C. Jacobæa *Ger.* vulgaris *J. B.* vulgaris major *Park.* vulg. laciniata *C. B. Common Ragwort, Seggrum.* In incultis.

C. Jacobæa latifolia palustris sive aquatica. An Jac. latifolia *Ger. emac?* Pannonica latifolia *J. B. 6*, sive Alpina laciniata flore Buphthalmi *C. B? Broad-leaved Ragwort.* In humidis & aquosis. Descriptio & figura *Clusii* huic satis conveniunt, nomen & locus non conveniunt.

Jacobæa Senecionis folio incano perenne. An Jacobæa vulgaris minor *Park?* Siquidem descriptio ejus meliùs huic convenit quàm Jacobææ latifoliæ palustri sive aquaticæ. *Perennial Ragwort with Groundsel-leaves.* In aggeribus sepium & dumetis.

C. Jacobæa montana lanuginosa angustifolia non laciniata *C. B.* Pannonica folio non laciniato *J. B.* angustifolia

folia *Ger. emac.* anguſtif. Pannonica non laciniata *Park. Mountain-Ragwort. On Gogmagog-hills, and Newmarket-heath, on the banks of the Devils-ditch,* &c.

N. Commendatur ad inflammationes, vulnera & ulcera in unguentis: itémque ad dolorem iſchiadicum aliósque inveteratos.

C. Iris paluſtris lutea *Ger.* paluſtris lutea, ſive Acorus adulterinus *J. B.* Acorus 2, ſive adulterinus *C. B.* paluſtris, ſive Pſeudoiris & Iris lutea paluſtris *Park. Yellow water-Flour-de-luce.* In pratis riguis, & ad margines & ripas fluviorum.

N. 1. Calidáne an frigida ſit hujus plantæ radix, inter Botanicos non bene convenit: quòd verò inſignem adſtringendi facultatem obtineat, ferè omnes conſentiunt, & guſtus abundè confirmat; unde ad dyſenteriam aliósque fluxus alvi & uteri commendatur: ſanguinem etiam undecunque manantem cohibet. Hinc extrinſecùs ad dyſenteriam aliósque ſanguinis fluxus præcavendos appenditur: unde patet quanto olim in errore verſati ſunt pharmacopœi, cùm hujus pro Acori veri radicibus facultate planè contraria dotatis uſurparent.

2. Scribit J. Bauhinus ſe Tiguri aliquando deguſtâſſe hujus flores, qui tantum ei ardorem & fervórem excitârunt in faucibus, ut ſummam ejus acrimoniam vix potuerit mitigare Oxycrato. Unde (inquit) nulli ſuaſerim cum Trago uſum tam acris floris ad inflammationem oculorum.

Iſatis, *v.* Glaſtum.

C. Juglans nux ſive Regia vulgaris *C. B.* Nux Juglans *Ger. J. B.* Nux fortè Perſica, fortè Euboica Theophraſti, Regia Dioſcoridis & Galeni, Perſica & Baſilica Plinii *J. B.* Nux Juglans vulgaris *Park. The Wallnut-tree.* Hæc arbor, quamvis apud nos ſponte non proveniat, nec alibi fortaſſe in Europa; quia tamen vulgaris eſt notitiæ, & nonnunquam etiam in ſepibus

&

& juxta vias publicas ſeratur, adoptiva ſaltem ſi non indigena habenda eſt, ideóque meritò hîc ſibi locum vendicat.

N. 1. Cortex interior ſiccatus vomitum ciet validè, Juli ſive nucamenta leniùs. Nuces recentes ventrem movent; ſiccæ calidiores ſunt, concoctu difficiles, bilem augent, & tuſſim exaſperant: A veneno & peſte præſervant manè comeſtæ. Corticis nucum exterioris ſuccus expreſſus in ore gargarizatus, ad uvulæ relaxationem tonſillorûmque & gutturis inflammationes vi ſuâ aſtrictoriâ cum tenuitate partium conjunctâ utiliſſimus eſt, Galeni experimento. Oleum è nucibus expreſſum ad lucernas utile eſt; præfertur quoque pictoribus ei quod è lino exprimitur. *Matth.*

2. Decoctum corticum exteriorum viridium nucum juglandium terræ ſuperfuſum lumbricos è foraminibus ſuis vel elicit, vel prodire cogit.

3. Juglandes virides adhuc & immaturæ cum corticibus ſaccharo conditæ (ut moris eſt) binæ ternæve ſi comedantur ſub veſperam, alvum leniter ſubducunt, ut ſæpiùs experti ſumus.

4. Arbor vulnerata initio veris antequam folia emittit, liquorem effundit copioſum, minùs tamen dulcem quàm ſit Betulæ ſuccus

C. Juncus acutus *Ger.* acutus vulgaris *Park.* acutus paniculâ ſparsâ *C. B.* An Juncus foliaceus *J. B? Common hard Rush.*

C. Juncus acutus Cambro-britannicus *Park. Moſs-Rush, Gooſe-corn. It is common in mountainous, mooriſh, and boggy places, as on the Moor-lands in Stafford-ſhire, Darby-ſhire, York-ſhire, Wales,* &c. *We have alſo obſerved it on ſome Mooriſh grounds about Hampſtead-heath, near London, and in many the like cold black Mooriſh places.*

Fibris majuſculis radicatur rubentibus. Folia numeroſa, non erecta, ſed plerunque ſupra terram expaſ-

ſa

ſa ſtellæ in modum, brevia, dura, acuminata, non exactè rotunda, ſed ſuperna parte canaliculata. E medio foliorum exurgit caulis dodrantalis aut pedalis, firmus, medullâ farctus, uno tantùm folio propè terram cinctus, cætera nudus, junceam in ſummo paniculam geſtans, è pluribus particulis compoſitam, quæ ſingulæ è ſinu folii, quod in caule ad earum baſin conſiſtit, emergunt. Flos Graminis hirſuti exilis, hexapetalos, cum totidem in medio ſtaminulis fimbriatis luteis. Succedunt capſulæ majuſculæ, ſubrotundæ, ſemen continentes.

Juncus acutus maritimus Anglicus *Park. Engliſh-Sea-hard Ruſh.* Amplam habet & ſpecioſam paniculam, quam figura Parkinſoni bene repræſentat. In maritimis paluſtribus copioſè, v. g. circa Camalodunum in Eſſexia, & ad meridionale Cambriæ litus.

Juncus acutus maritimus caule triangulo *C. B. J. B. Park. Sharp Sea-Ruſh, with a triangular ſtalk. By the River Thames-ſide, both above and below London. Having not ſeen the Plant my ſelf, I dare not confidently affirm it to be the ſame with that deſcribed by C. Bauhine, whoſe name I give you; but by the relation I have had of it, I gueſs it to be the ſame.*

Juncus acutus capitulis Sorghi *C. B.* pungens ſive acutus capitulis Sorghi *J. B.* maritimus capitulis Sorghi *Park. Pricking large Sea-Ruſh.* In arenoſis cumulis ad occidentale Cambriæ litus Merionethenſe copioſiſſimè.

Juncus Alpinus cum caudâ leporinâ *J. C.* capitulo lanuginoſo I, ſive Schœnolaguros, à capitulo haud multùm leporum caudæ diſſimili *C. B.* Gramen juncoides lanatum alterum Danicum *Park.* qui ex una planta (ut ſuſpicor) tres aut quatuor facit. *Hairs-tail-Ruſh. On Moſſes and boggy places of the Mountains, as Pillin-Moſſe in Lancaſhire, and Elleſmere-mears in Shropſhire.*

C. Juncus aquaticus maximus *Ger. Ad.* lævis max. *Park.* max. holoſchœnos *J. B.* lævis holoſchœnos 2, ſive Juncus max. & Scirpus major *C. B. Bull-ruſh, or great*

Water-

water-Ruſh. In fluminibus & ſtagnis majoribus.

C. Juncus aquaticus minor capitulis Equiſeti *Ger. Park.* capitulis Equiſeti major *C. B.* capitulis longis ſive clavatus *J. B. Club-Ruſh, or Aglet-headed Ruſh.* In rivulis. Floret Maio, Junio, & per totam æſtatem.

C. Juncus lævis *Ger.* lævis paniculâ ſparsâ major *C. B. Park.* lævis paniculâ arundinaceâ *J. B. Common ſoft Ruſh.* In & juxta aquas. Hic eſt cujus medulla ſolidior ex quâ fiunt ellychnia.

C. Juncus lævis paniculâ non ſparsâ *C. B.* lævis glomerato flore *Park.* Juncus Matthioli *J. B. Round-headed Ruſh.* In paſcuis & ſylvis humidioribus. Hujus medulla mollior, ſpongioſior, caulis plerumque ſtriatus, vaſcula ſeminalia majora; maturiùs etiam floret.

C. Juncus lævis panicula glomerata nigricante *C. C.* lævis Lithoſpermi ſemine Monſpelienſibus & *Hort. Par. Round black-headed Marſh-Ruſh. On Hinton and Teverſham-moors near Cambridge, alſo in boggy Meadows by the River Thame-ſide, under Dorſthill-hill near Middleton in Warwick-ſhire.* Monſpelienſes, apud quos etiam ſponte oritur, pro nondum deſcripto habent.

Juncus parvus montanus cum parvis capitulis luteis *J. B. Dwarf-Ruſh, with ſmall heads.* Tum figura, tum etiam deſcriptio *J. B.* huic bene reſpondent, niſi quòd fibræ radicum vetuſtiores non rectæ ſunt, ſed huc illuc reflexæ & velut undulatæ. Floret circa finem Maii & Junii initio, & in pratis udis & locis paluſtribus ſæpiùs occurrit circa *Middleton* & alibi in agro Warwicenſi.

† Juncus capitulis Equiſeti minor & fluitans C. Bauhini *J. B.* Juncellus capitulis Equiſeti fluitans *Park. Floting Club-Ruſh.* In aquoſis Angliæ fluitat, autore Gilleno *J. B.* Nos Junci clavati inſignem in magnitudine differentiam obſervavimus, dari ſpecies diverſas vix concedimus.

C. Juncellus omnium minimus, Chamæſchœnos *Lob. Ad.* Juncus humilis *J. B.* An Juncus lævis 9 ſive Juncellus inutilis

inutilis *C. B?* qui Juncellum omnium minimum *Ad.* eò referendum cenſet. *The leaſt Ruſh.* Palmarem altitudinem nunquam aſſequitur, paniculam tamen profert, unde nulla ratio eſt cur inutilis dicatur. Variis in locis occurrit.

C. Junipĕrus *Ger.* vulgaris ſeu minor *Park.* vulgaris baccis parvis purpureis *J. B.* vulgaris fruticoſa *C. B. Juniper-tree.* In ericetis. *Upon Juniper-hill near Hilderſham, and no where elſe near Cambridge, that I know.*

N. 1. Lignum ſuave olet (præcipuè ſi Martio menſe cædatur) unde incenſum ad aerem emendandum, & odores noxios aut contagioſos arcendos ſuffumigatur. Raſura ejus non ſine cauſa in cucuphis adhibetur, quippe cephalica eſt, nervoſúmque genus inſigniter roborat. Ex arido ligno deſtillatur & oleum ad multa efficax.

2. Baccæ vitia pectoris expurgant, tuſsíque medentur; urinam efficaciter ducunt, venenúmque à corde repellunt; unde apud Germanos ſingulari remedio ad graſſantia peſtilentiæ contagia depellenda uſurpantur. Frigido ventriculo proſunt pituitam digerendo; Saxifragæ denique ſunt & emmenagogæ, ut alia omittam.

3. Eadem adhuc efficaciùs præſtat oleum è baccis: Succus item extractus, & Sal ex cineribus. Elixir Juniperinum experti adverſus calculum commodi videſis apud Schroderum.

4. Vernix liquidus factitius eſt liquor è gummi Juniperi in oleo Lini ſoluto; valet ad ambuſta, lenit dolorem præcipuè hæmorrhoidum. *Schrod.* Eſt quoque & fabris & pictoribus utilis ad tectoria.

Junipĕrus Alpina *J. B. Park.* Alpina minor *Ger.* minor montana folio latiore fructúque anguſtiore *C. B. Low mountain-Juniper. On Snowdon-hill in Wales, and upon the hills in Weſtmorland, near the Fell-foot. Cluſius, but eſpecially J. Bauhinus his deſcription agrees exactly to this Shrub; and the place alone argues it to be a diſtinct ſpecies.*

cies. Both in Wales and Westmorland they call it Savine, (indeed it hath a very strong sent of Savine) and give the decoction of it to their horses for the bots and worms.

N. Carbo Juniperinus suo cinere obrutus ignem diutissimè fovet.

K

Kali geniculatum majus *C. B.* Cali geniculatum sive Salicornia *J. B.* Salicornia sive Kali geniculatum *Ger. Park. Glass-wort, or Saltwort.* In salsis maritimis copiosissimè. Hujus (ut rectè monet C. Bauhinus) duæ habentur species, una simplicior & brevior, dodrantali altitudine, recta & annua, quæ apud nos frequens oritur; altera multis ramis fruticans, lignosa & grandior, perpetua, quæ ad mare mediterraneum plurimis in locis occurrit, & culturam etiam admittit.

Kali minus *Ger.* minus album *Park.* minus album semine splendente *C. B.* minus, sive Sedum minus arborescens vermiculatum *J. B. White Glaswort.* Hæc planta Atriplici aut Blito cognata est.

Kali spinosum cochleatum *C. B.* Tragus sive Tragum Matthioli *Park.* Tragon Matthioli, seu potiùs Tragus improbus Matthioli *Ger.* Tragus spinosus Matthioli, sive Kali spinosum *J. B. Prickly Glaswort.* In arenosis maris litoribus.

N. 1. Kali geniculato ad modum Crithmi præparato & muriâ condito, ad acuendum appetitum hyberno tempore in acetariis utuntur nostrates, & *Marsh-Sampire*, i. e. Crithmum palustre, nuncupant.

2. Herbæ

2. Herbæ exigua quantitas intrò assumpta urinas & menses potenter evocat, fœtum ejicit, aquosos per alvum humores educit, & hydropicos purgat; Sal causticum est.

3. Ex Kali conficitur Sal Alkali hoc modo. Scrobiculo effosso propè niare transversim assulas ligneas imponunt, quibus superaggerant cumulatim herbam prædictam; ex qua accenso igne stillat in subjectum scrobem liquor, qui tandem concrescens fit Sal Alkali, coloris partim nigri, partim cinericei, valdè acre & cathæreticum. Et saxum hoc Kali vocatum vel *Sode* ad vitrum conflandum aptum, in Italiam inque Septentrionem è Gallia Narbonensi & Aquitania deferunt. *J. B.*

L

C. LActūca agnina *Ger. Park.* Valeriana campestris inodora major *C. B.* Locusta herba *J. B. Lambs-lettuce, or Corn-sallet.* Inter segetes. Verno tempore infertur, ac cum aceto, sale & oleo jucundè estur velut alia acetaria, inter quæ haud postremum locum obtinet.

Lactūca marina, *v.* Lichen marinus

Lactūca sylvestris major odore Opii *Ger. emac.* quem consule. sylv. Endiviæ foliis, odore viroso *Park.* sylv. lato folio, succo viroso *J. B.* agrestis. Scariolæ hortensis folio, Lactucæ flore, odore Opii vehementi soporifero & viroso *Ad. The greater strong scented wild Lettuce.* Lact. sylv. odore viroso. In aggeribus fossarum.

C. Lactūca sylvestris costâ spinosâ *C. B.* sylv. laciniata

Park. sylv. foliis dissectis *Ger. emac.* sylv. sive Endivia multis dicta, folio laciniato, dorso spinoso *J. B. Cut-leaved wild Lettuce.* Ad sepes & agrorum margines.

C. Lactūca sylvestris 2 *Ger. emac:* Lactucæ sylvestris sive Endiviæ multis dictæ folio laciniato, dorso spinoso varietas *J. B. Endive-leaved wild Lettuce.* Cum priore, sed rarior: Hæc non alia in re ab illa differt quàm foliis, quæ ei nè in caule quidem laciniata sunt. Odore est minùs vehementi quàm prima species. Quæ de hac planta in C. C. tradidimus jam retractamus, & in Johnsoni sententiam concedimus.

N. 1. Quæ de viribus Lactucæ sylvestris Veteres prodiderunt, huic plantæ (me judice) minùs conveniunt, Narcoticam eam esse & soporiferam, Opii vehemens & virosus odor abundè convincit.

2. Quòd Lactuca sylv. & omnia in genere opiata irritant potiùs quàm extinguunt appetitum ad Venerem, me monuit *D. Lister*, saltem moderatè sumpta, non secùs ac vinum ac alii generosi liquores: quibus & viribus quodammodo respondere videntur.

3. Hujus herbæ incensæ fumo animi causâ naribus excepto, se velut consternatum & vertigine subita correptum, eóque plane modo affectum sensit *D. Lister* quo solent illi qui Nicotianæ fumum haurire primò aggrediuntur.

C. Ladānum segetum quorundam flore rubro *J. B.* Sideritis arvensis angustifolia rubra *C. B.* arvensis rubra *Park.* Sideritis 7 *Ger. emac. Narrow-leaved All-heal, or Iron-wort.* Inter segetes. Floret à media æstate in Autumnum. Facultatibus cum Sideritide convenit, cujus etiam species censetur.

C. Lagōpus vulgaris *Park.* trifolius quorundam *J. B.* Lagopodium sive Pes leporis *Ger.* Trifolium spicatum VI, i. e. arvense humile spicatum, sive Lagopus *C. B. Hares-foot, or Hares-foot-Trefoil.* Inter segetes, maximè solo arenoso.

C. La-

C. Lamium album *Ger.* vulgare album ſive Archangelica flore albo *Park.* 2, ſive album non fœtens folio oblongo *C. B.* Galeopſis ſive Urtica iners floribus albis *J. B. White Archangel, or Dead-nettle.* Ad ſepes.

N. Ad Scrophulas. ℞. Herbæ recentis M i. Calefiat inter duos lateres calidos & tumori applicetur; Eum noctis unius ſpatio plurimum aperit. Aperto adhibe mixturam ſequentem. ℞. Omphacii cochlearia vi. Butyri Maialis inſtar Juglandis. Miſce & impone lanæ nigræ oleo è pedibus bubulis madefactæ. Intus interim propinetur aqua florum geniſtæ manè & horâ quartâ pomeridianâ ſingulis diebus. *D. Hulſe* è MS. nondum edito.

C. Lamium luteum *Ger. Park.* folio oblongo luteum *C. B.* Galeopſis ſive Urtica iners flore luteo *J. B. Yellow Archangel.* In ſylvis & dumetis.

C. Lamium rubrum *Ger.* vulgare folio ſubrotundo flore rubro *Park.* purpureum fœtidum folio ſubrotundo, ſive Galeopſis Dioſcoridis *C. B.* Galeopſis ſive Urtica iners folio & flore minore *J. B. Small Dead-nettle, Red Archangel.* In tranſmarinis alia habetur ſpecies folio & flore majore.

Lamium rubrum minus foliis profundè inciſis. *Small cut-leaved red Archangel. I have obſerved this in many Gardens. T. Williſell firſt ſhewed it me about St. James his fields at weſtminſter.*

Lamium montanum Meliſſæ folio *C. B.* Meliſſa Fuchſii *Ger.* Meliſſophyllum Fuchſii *Park.* Meliſſa adulterina quorundam, amplis foliis, floribus non grati odoris *J. B. Baſtard or unpleaſant Balm. In ſeveral woods in the moſt of England, viz. Devonſhire about Totnes, Pembrokeſhire about Haverford-weſt, &c.*

C. Lamium folio caulem ambiente majus & minus *C. B.* Galeopſis ſive Urtica iners folio caulem ambiente *J. B.* Alſine hederula altera *Ger.* hederulæ folio major *Park.* *Great Henbit.* In arvis.

N. 1. Herba tusa & imposita valere creditur ad tumores quoscunque discutiendos, necnon ad inflammationes, plagas, ulcera putrida & vulnera.

2. Flores albi ad fluorem album specificè celebrantur. Decoctum Lamii rubri ad dysenteriam commendatur.

C. Lampsana *Ger. emac.* vulgaris *Park.* Lampſ. Dodonæi *J. B.* Sonchis affinis Lamp. vulgò sed malè I, seu Soncho affinis Lampsana domestica *C. B. Nipplewort.* Efficacem esse aiunt in sanandis papillis exulceratis, unde & nomen *Papillaris* sortita est.

C. Lapathum acutum *Ger.* acutum, sive Oxylapathum *J. B.* acutum majus *Park.* sylv. folio acuto I, seu folio acuto plano *C. B. Sharp-pointed-Dock.* In incultis passim.

† Lapathum vulgare folio obtuso *J. B.* sylv. latifolium 2, seu folio subrotundo *C. B.* sylvestre vulgatius *Park.* sylv. folio minùs acuto *Ger. Round-leaved wild-Dock.* Hoc non videtur differre à præcedente, siquidem fatente ipso Lobelio, caule, semine, flore & radice ab eo vix discernendum. Ego hactenus non potui observare specificam inter ea differentiam.

C. Lapathum folio acuto crispo *C. B.* acutum crispum *J. B.* acutum minus *Park.* acuti varietas folio crispo *Ger. emac. Sharp-pointed-Dock, with curled leaves.* Cum priore, nec eo minùs frequens.

C. Lapathum acutum minimum *Ger. Park. J. B.* minimum *C. B. Small sharp-pointed Dock.* In humidioribus.

Lapathum folio acuto flore aureo *C. B.* anthoxanthon *J. B. Golden Dock.* In palustribus aliquoties vidi & collegi v. g. circa *Crowland*; ad Trentam fluvium prope *Swarston* pontem in Derbia, &c. Hujus semina perexigua sunt & pallidiora quàm reliquorum congenerum.

C. Lapathum maximum aquaticum, sive Hydrolapathum *J. B.* aquaticum folio cubitali *C. B.* Hydrolapathum magnum

magnum *Ger.* majus *Park. Great water-Dock.* In aquis.

Lapathum pulchrum Bononiense sinuatum *J. B. Fiddle-Dock. In St. James his fields by Westminster, all over S. Georges fields Southwark, and else-where.* In transmarinis me plurimum vidisse memini circa Helvetiam & alibi. Huc etiam refero Lapathum marinum sinuatum *J. B.*

N. 1. Lapathi species in Anglia sponte provenientes sunt, 1. Hydrolapathum maximum. 2. Lap. anthoxanthon *J. B.* 3. Lapathum folio acuto & nonnunquam obtusiore plano. Hujus folia latiora quàm sequentium, pallidiùs virentia, plana & non ad margines crispa: foliola illa quæ vasculum seminale conficiunt, quosdam quasi dentes in marginibus obtinent. Semen insuper pallidius est quàm Oxylapathi crispi. 4. Lapathum folio acuto crispo *C. B.* Folia hujus quàm præcedentis angustiora, longiora, saturatiùs virentia, ad margines sinuata. Semen adeò confertum nascitur, ut caules penitus contegat & occultet, ejusdem cum prioris semine magnitudinis, verùm rubicundius. Vascula insuper seminalia illius æmula, nisi quòd ad margines plana sint, nec ullis denticellis prædita. 5. Lapathum acutum minimum, cujus flores ad intervalla verticillatim nascuntur, singulis ferè verticillis appositò foliolo ligulæ instar: semen plus duplo minus quàm proximè præcedentium, quibus etiam omnibus suis partibus minus est, quamvis non rarò in parem altitudinem assurgat. 6. Lapathum pulchrum Bononiense sinuatum. Historia Lapathorum apud Botanicos magnâ confusione & obscuritate laborat, ideóque operæ pretium duximus accuratiùs ea distinguere.

2. Lapathi semen alvum obstruit, folia subducunt. Radix usûs crebri est in scabie extergenda ac siccanda, idque extrinsecùs potissimùm in lotionibus. *Schrod.* Aqua Oxylapathi destillata pustulas, alphos, ionthos,

vitiligines, lichenas, omnéſque cutis maculas delere creditur.

3. Lapathi acuti radix cereviſiæ infuſa laudatiſſimum antiſcorbuticum habetur. *Wilis de Scorbuto.*

4. Oxylapathi radices decoctæ vel ſeorſim, vel cum aliis ſpecificis mixtæ, in ictero ſanando eximii usûs ſunt. N. B. Caro quæcunque quantumvis vetus & dura, ſi cum Lapatho cujuſcunque generis coquatur mollis & tenera evadet. *Langham.* Hort. ſanit.

5. Pulvis ſeminum Lapathi hepar roborat & fluxus alvi quoſcunque ſiſtit. Eſt quidem medicamentum obvium & ubique parabile, verùm usûs non contemnendi. Ego ei interdum admiſceo pulv. rad. Tormentillæ, Sacch. roſ. & pulv. putaminum ovorum. *D. Bowle.*

Lappa major, *v.* Bardana.

C. Lathyrus major latifolius *Ger. emac.* major perennis *Park.* VI, ſive latifolius *C. B.* major latifolia flore majore purpureo ſpecioſior *J. B. Peaſe everlaſting.* In ſylvis, ſed rarius: *In Madingley-wood near Cambridge*, &c.

Hujus aliam ſpeciem flore pallidiore & minore obſervavi in Suſſexia prope pagum ruſticum *Poyning* dictum, quam eandem eſſe reor Lathyro majori flore rubente & albido minore dumetorum ſive Germanico *J. B.*

C. Lathyrus luteus ſylveſtris dumetorum *J. B.* ſylv. flore luteo *Park. Ger. emac.* 13, ſive ſylv. luteus foliis viciæ, *C. B. Tare-everlaſting.* In dumetis & ſepibus, non rarò etiam in paſcuis.

Lathyrus ſiliquâ hirſutâ *J. B. Rough-codded Chichling.* *In the fields about Hockly and Kaleigh, and elſe-where in Rochſort-Hundred in Eſſex.*

C. Laureŏla *Ger. Park.* ſemper virens flore luteolo *J. B.* L. ſ. v. flore viridi, quibuſdam Laureola mas *C. B. Spurge Laurel.* In ſylvis & ſepibus umbroſis.

N. 1. Commanducata fauces inflammat; intùs ſum-

pta

pra vomitum ciet, ventriculum & partes internas lædit & adurit, ideóque propter insignem ejus acrimoniam maligna censetur, & à medicis rarò præscribitur. Nonnulli Empirici ad hydropen commendant: verùm tam lubrici imò periculosi medicamenti usum nemini suaserim.

2. Pulvis hujus in aceto maceratæ exiccatæ & comminutæ cancris inspersus prodest. Frigida & repellentia conveniunt in Cancro occulto, in ulcerato non item. *D. Bowle.*

C. Lens *J. B.* minor *Park. Ger.* vulgaris *C. B. Lentils and in some Countreys, Dills.* Seritur in agris Cantabrigienſibus, Huntingtonienſibus, &c. ſola & hordeo permixta.

N. 1. Alvum ſiſtit decocta, ideóque in diarrhœa, & dyſenteria cum aliis adſtringentibus uti is eſt. Decorticata (ſi Veteribus fides) hanc vim amittit, imò primum ejus decoctum alvum ſolvit. Uſus externus in cataplaſmatis ad tumores & duritias diſcutiendas, &c.

2. Viſum hebetat, ventriculum inflat, ad caput & nervoſum genus incommoda eſt, gravia ſomnia inducit.

C. Lens paluſtris *Ger. J. B.* paluſtris ſive aquatica vulgaris *Park.* Lenticula paluſtris vulgaris *C. B. Ducks-meat.* In aquis ſtagnantibus.

N. 1. Vis ei refrigerans, unde inflammationibus, podagræ & ignibus ſacris convenit. Agglutinat etiam in pueris hernias inteſtinorum.

2. Nuper mihi quidam communicavit pro ſecreto infallibili ad icterum infuſionem Lentis paluſtris in vino albo, per 9 dies ℥ vi. manè præbendo. *D. Bates,* in MS.

Lenticula aquatica triſulca, *v.* Hederula aquatica.

Lepidium latifolium *C. B.* Lep. Pauli *J. B.* Piperitis ſive Lepidium vulgare *Park.* Raphanus ſylveſtris Officinarum, Lepidium Ægineræ Lobelio *Ger. Dittander, or Pepperwort.*

Pepperwort. Near Fulbridge at Maldon, the hith at Colcheſter, and elſe-where in Eſſex.

N. Herba acris eſt: Radix ad dolores dentium valere creditur. Mulierculæ noſtrates in Suffolcia ad partum facilitandum in cereviſia decoctam propinant.

C. Leucoium luteum, vulgò Cheiri, flore ſimplici *J. B.* Leuc. folio viridi V, ſive luteum vulgare *C. B.* Keiri, ſive Leucoium vulgare luteum *Park.* Viola lutea *Ger. Wall-flower, or wild Cheir.* In muris antiquis & tectis.

N. Tum herba, tum præcipuè flores cordiales ſunt, dolores mitigant, menſes cient, ſecundinam proritant. *Schrod.* In uſu ſunt conſerva ex floribus, aqua deſtillata & oleum ex floribus infuſis, quod præſervat ab Apoplexia, & paralyticos juvat.

Leucoium maritimum magnum latifolium *J. B.* marit. 2, ſive ſinuato folio *C. B.* marinum purpureum Lobelii *Ger.* marinum latifolium *Park.* & marinum maximum *ejuſdem. Broad-leaved Sea-ſtock-July-flower.* In maritimis Cambriæ litoribus arenoſis, *as about Abermenyſerry in the Iſle of Angleſey; at Aberdaren in Carnarvanſhire; and alſo on the coaſt of Cornwal.*

Miror quid in mentem venerit Phytologiæ Britannicæ autoribus, ut tot ſpecies Leucoii Catalogo illi inſererent, cùm fidenter aſſerere auſim duas duntaxat ſpecies in Anglia ſponte oriri. Leucoium marinum primum & ſecundum Parkinſoni pro eodem habeo, quamvis pro poſteriori aſſumpſerit iconem Leucoii marini alterius *Cam.*

C. Lichen ſive Hepatica vulgaris *Park.* Lichen ſive Hepatica fontana *J. B.* Hepatica terreſtris *Ger.* Lichen petræus latifolius ſive Hepatica fontana *C. B. Common Ground-Liverwort.* In humidis umbroſis ad rivulorum ripas.

N. Species illa quam hactenus pro vulgari habeo, capitella profert longo pediculo nixa, Fungorum vulgarium minorum ſpecie, quibus parte inferiori ad

margines

margines pilei aut capitelli impacta sunt 4 aut 5 seminalia vasculà pulviſculo viridi plena. Folia notulis crebris punctata. Fortè hæc planta eadem fuerit Licheni petræo cauliculo pileolum ſuſtinente *C. B.* petræo pileato *Park.* namque & figura ei convenit & deſcriptio.

Lichen petræus cauliculo calceato *C. B.* alter minor folio calceato *Park. Small Liverwort, with crumpled leaves.* Hujus capitulum omnino tale eſt quale à Columna deſcribitur. In udis paludoſis ad aquarum ſcaturigines obſervavi in agro Warwicenſi circa *Middleton.*

C. Lichen petræus ſtellatus *C. B.* Lichen ſive Hepatica minor ſtellaris *Park.* Hepatica ſtellata *Ger. Star-headed Liverwort.* In uliginoſis & umbroſis, areis hortorum & ambulacris glareoſis aut ſaxoſis.

C. Lichen petræus umbellatus *C. B.* Lichen ſive Hepatica minor umbellata *Park.* Hepatica umbellata *Ger. Round-headed Liverwort.*

N. Hepatica eſt inſignis hæc plantula. Uſus præcip. in obſtructionibus hepatis & veſicæ, quorum ſignaturas in foliis gerit: hinc in hectica, in ictero, in ſcabie & lichenibus, in gonorrhœa, in febri. Extrinſecùs ſiſtit ſanguinem in vulneribus. *Schrod.*

C. Lichen arborum *Ger.* L. arboreus ſive Pulmonaria arborea *J. B.* Muſcus pulmonarius ſive Lichen arborum *Park.* Muſcus arboreus 7 ſive pulmonarius *C. B. True-Lungwort.* Arboribus, præſertim Quercui, adnaſcitur.

N. 1. Siccat & aſtringit, unde ſanguinem profluentem compeſcit, vulnera recentia glutinat, alvum ac menſes ſiſtit.

2. Utuntur etiam vulgò noſtrates ad pulmonis affectus; aſthma, ſuſpiria, tuſſim, necnon phthiſin & tabem, confecto ex eo pulvere, ſyrupo aut aquâ deſtillatâ, non ſine ſucceſſu.

C. Lichen cinereus terreſtris. *Aſh-coloured ground Liverwort.* Nullos hic flores aut capitella (quod unquam viderim)

viderim) profert. Folia aversa parte albidiora sunt, & crebris fimbriatis radiculis terram aut vicinas plantas apprehendunt. In pascuis siccioribus frequentissimus est, unde Botanicis nostratibus non descriptum miror.

Lichen marinus *Ger.* Lactuca marina sive intybacea *J. B.* Fucus marinus Lactuca marina dictus *Park.* Fucus sive Alga latifolia I, i, c. Muscus marinus Lactucæ folio *C. B. Oyster-green.* Petris & scopulis in fundo maris adnascitur. Refrigerat & astringit.

Lichen petræus purpureus Derbiensis *Park. Cork or Archall.* Saxis & rupibus adnascitur, non in agro Derbiensi solùm, sed Eboracensi & Westmorlandico, per totam etiam Walliam, ubi *Kenkerig* appellatur. Usus ejus ad pannos purpureo colore tingendos. Nihil aliud est quam muscus crassior crustæ modo petris adnascens.

C. Ligustrum *J. B. Ger.* vulgare *Park.* Germanicum *C. B. Privet or Primprint.* In sylvis & sepibus. Ligustrum vulgare nec *Cyperus* est Dioscoridis nec *Alcanna* Arabum *J. B.* Quidam commendant foliorum succum ad ulcera & inflammationes oris.

Lilium convallium *Ger.* convallium vulgò *J. B.* convallium 2, sive album *C. B.* convallium flore albo *Park. parad. Lily convally, May-Lily. On Hampsted-heath near London, and many other places.* A mat loco frigida.

N. Usus præcip. in morbis capitis frigidis, ut apoplexiâ, paralysi, vertigine, epilepsiâ: hinc & in lipothymia. Insignem itidem errhinum exhibent pulverisati flores. *Schrod.*

Limonium *Ger.* majus vulgatius *Park.* maritimum majus *C. B.* Limonium majus multis, aliis Behen rubrum *J. B. Sea-Lavender.* In salsis maritimis, & clivis. Alteram speciem à Lobelio inventam in agris Colcestrensibus propè mare memorat Parkinsonus. Gerardus quoque Limonium minus à se observatum scribit in clivis maritimis insulæ *Thanet* propè *Margate.* Ego

unicam

unicam duntaxat ſpeciem in Anglia ſpontaneam agnoſco, quæ tamen magnitudine inſigniter variat, ratione loci in quo oritur, major ſc. quæ in paluſtribus ſalſis, minor quæ in clivis & rupium fiſſuris. Alii diligentiùs obſervent & notent diſcrimen, ſi quod ſit.

N. Semen Limonii aſtringit, & proinde diarrhœæ, hæmorrhagiæ, & fluxui menſtruo nimio medetur. *Park.*

C. Linaria lutea vulgaris *Ger. J. B.* vulgaris noſtras *Park.* erecta anguſtifolia 3, ſeu vulgaris lutea flore majore *C. B. Common yellow Toad-flax.*

N. 1. Calf. ſicc. eſt diuretica: Uſus præcip. in ictero & obſtructione hepatis, in urinæ difficultate, in hydrope. Extrinſecùs imponitur abdomini in ſtranguria, ano in hæmorrhoidum dolore. *Schrod.*

2. Sunt qui Linariam intra calceos plantis pedum ſupponunt ad febrem quartanam abigendam, neſcio, quo ſucceſſu.

3. Aqua Linariæ deſtillata aut ſuccus ejuſdem oculis inditus inflammationes eorum & ruborem tollit: quod ſe experientiâ ac obſervatione longa didiciſſe ſcribit Tragus.

Linaria odorata Monſpeſſulana *J. B.* An erecta anguſtifolia XI, ſive capillaceo folio odora *C. B?* noſtra non eſt folio capillaceo. *Blue ſweet-ſmelling Toadflax.* In Cornubia non longè ab oppido *Pevin* versùs Occidentem in ſepibus. Radice ſub terra repit. Flores pallidè cærulei, ſtriati.

C. Linaria adulterina *Ger. emac.* erecta anguſtifolia XV, ſive montana floſculis albicantibus *C. B.* Linariæ ſimilis *J. B.* Pſeudolinaria montana alba *Park. Baſtard-Toadflax.* In montoſis cretaceis, *as upon Gogmagog-hills, and New-market-heath.*

C. Linum ſativum *Ger. emac. Park. C. B.* Linum *J. B. Manured Flax.* Seritur in agris. Quanta emolumenta ex hac planta percipimus, haud facilè eſſet pro dignitate explicare. In qua non occurret vitæ parte (inquit

quit Plinius) quódve miraculum majus? herbam esse quæ admoveat Ægyptum Italiæ, &c. *lib.* 17. in *proem.* Ex hoc vestes, ex hoc stragulæ fiunt, & mundus muliebris magna ex parte lino constat. Hoc loti detergemur, hoc sordidi defricamur. Ex hoc penitus detrito & nullius ampliùs usûs chartæ fiunt. Hujus oleum ad lucernas utile, typographis, statuariis, pictoribus, &c. expetitur, & etiam medico usui servit. *J. B.* quem consulat qui plura velit.

N. Semen lini digerit, emollit, maturat. Usus præcip. in tussi, pleuritide, & phthisi. Extrinsecùs maturat tumores, lenit dolores, fœtum expellit. Oleum lini tumores & duritias omnes mollit, nervorum tensiones contractionésque laxat, & dolores illitum sopit.

C. Linum arvense *C. B.* sylvestre vulgatius *Park.* sylv. sativum planè refereus *J. B. Common wild Flax.* Inter segetes. A sativo non differt specie, meâ sententiâ.

Linum sylvestre angustifolium *J. B.* sylv. angustifolium 2, seu sylv. angustifolium floribus dilutè purpurascentibus vel carneis *C. B. Narrow leaved wild Flax.* In Occidentalibus Angliæ. *In the pastures by the Sea-side near St. Ives, and Truro in Cornwall, I have observed it growing abundantly. The same I found beyond Sea near Geneva.*

C. Linum sylvestre floribus carulis *Ger. emac.* sylv. angustifolium I, sive flore magno *C. B.* sylv. angustif. cæruleo flore majore *Park. Wild perennial blue Flax, On Gogmagog-hills, and in the closes and borders of the fields adjoyning, plentifully.*

Nec nomina, nec descriptiones Autorum plantæ quam intelligimus bene conveniunt. Verùm hæc à præcedenti in quamplurimis differt, viz. quod *caules* ei sint crassiores & majores, *folia* latiora, intensiùs viridia, neque adeò dura, neque adeò mucronata, *flores* majores, cærulei, saturatioribus lineis striati, cùm

cùm præcedentis flores è diluta purpura candicent ſeu carnei ſint. *Semina* denique majora & nigriora.

C. Linum ſylveſtre catharticum *Ger. emac.* ſylv. anguſtif. 7. ſive pratenſe floſculis exiguis *C. B.* Chamælinum Cluſii flore albo, ſive Linum ſylv. Catharticum *Park.* Alſine verna glabra floſculis albis, vel potiùs Linum minimum *J. B. Dwarf-wild Flax, or Mill-mountain* In paſcuis præſertim montoſis.

N. 1. Hujus herba integra cum caulibus & capitulis vino albo per noctem ſupra cineres calidos infuſa, ſeroſos humores purgat ſatis validé.

2. Sumi poteſt vel herba contuſa, vel ejus exiccatæ pulvis cum tantillo cremoris Tartari & ſeminum Aniſi, & purgat ſine moleſtia. *D. Bowle.*

C. Lithoſpermum ſive Milium ſolis *J. B.* 3, ſive majus erectum *C. B.* minus *Ger.* vulgare minus *Park. Common Gromil, or Gromwel.* Ad vias & ſepes.

Lithoſpermum majus Dodonæi flore purpureo, ſemine Anchuſæ *J. B.* majus *Ger.* vulgare majus *Park.* V, ſive minus repens latifolium *C. B. The ſmaller creeping Gromil. On the top of a buſhy hill near Denbigh-town, on the North-weſt-ſide, alſo in Somerſet-ſhire, not far from Taunton*, &c.

N. 1. Lithoſpermum Anchuſæ facie ab hoc non diffère exiſtimat J. Bauhinus, cui ego penitus aſſentior. Nam in hoc etiam caulis ille qui flores ſuſtinet, erigitur. Parkinſonus ex duabus plantis quatuor fecit, imò, ni fallor, quinque. In poſterum ergo nè diſtinguantur Lithoſpermum majus *Dod.* & L. Anchuſæ facie *Lob.*

2. Qui univerſales plantarum hiſtorias, Theatra Botanica, Pinacas, & Pandectas ſcribunt, niſi admodùm periti ſint & cauti, omnia confundunt, perturbant, & tenebris involvunt potiùs quàm explicant & illuſtrant, dum ex una planta à variis autoribus breviter & obſcurè deſcripta, duas vel tres nonnunquam faciunt. Hujus culpæ affinis eſt & ipſe C. Bauhinus.

3. Semen

3. Semen Lithospermi renes absterget, urinam ciet, calculum insigniter comminuit & expellit, autore Dioscoride. Ego quidem (inquit J. Bauhinus) non existimo nec hoc semen, nec ullum aliud remedium calculos frangere : Pituitam & crassos humores, arenulas aut calculos glutinantes dissolvi & pelli hoc semine concedo.

Lithospermum arvense radice rubente, *v.* Anchusa degener.

C Lolium album *Ger. Park.* Lolium gramineum spicatum caput tentans *J. B.* Gramen loliaceum I, seu loliaceum spica longiore *C. B. Darnel, Ivray* Gallis quoniam inebriat. Inter segetes.

C. Lolium rubrum *Ger.* rubrum sive Phœnix *Park.* Phœnix lolio similis *J. B.* Gramen loliaceum 3, sive angustiore folio & spicâ *C. B. Red Darnel-grass.* Cum priore.

N. Farina lolii ad impetigines, lepras, strumas, dolorem ischiadicum, gangrænas & putredines à Veteribus commendatur. In pane aut cereviſia ebrietatem seu potiùs vertiginem celerrimè efficit, oculis quoque nocet.

C. Lonchitis aspera *Ger.* aspera minor *Park.* 2, sive minor *C. B.* altera folio Polypodii *J. B. Rough Spleenwort.* In humidioribus nemorosis asperis & ericetis.

N. Herbam esse vulneribus glutinandis, lienibúsque absumendis idoneam, docet Matthiolus, penes quem fides esto.

Lunaria minor *Ger. Park.* botrytis *J. B.* racemosa minor vel vulgaris *C. B. Small Moon-wort.* In montosis & ericetis, sed rariùs. *I observed it on Penman-mawr in Wales: on the top of Ingleborough-hill, and the hills fast by Settle in York-shire: in a Close in Sutton-Cofeld-Park in Warwick-shire,* &c.

N. Rarior illa Lunariæ species ramosa, quam in Anglia invenire prodidit Clusius, luxuriantis potiùs naturæ

naturæ lusus quàm distincta species fuisse videtur.

2. Ex Lunaria conficiunt Walli unguentum, quod regioni renum illitum habetur inter certissima dysenteriæ remedia. *D. Needham.*

C. Lupulus mas & fœmina *J. B.* Lupulus 1, seu mas, & 2, seu fœmina *C. B.* Lupulus 1, seu sativus, & Lup. 2, seu sylvestris *Park.* nec enim aliter quàm magnitudine differunt. Lupus salictarius *Ger. Hops, the Male and Female.*

N. 1. De viribus hujus plantæ non est cur aliquid addam, cùm non possunt non omnibus esse perspectæ. Menses & urinam ciere, ictero & hypochondriacis affectibus conducere, sanguinem purgare, notum. An verò calculo renum & vesicæ comminuendo & expellendo conferat, an è contra ejus generationem & coagulationem promoveat, dubitatur. Nonnulli, quoniam calidi sunt & diuretici ejus flores, adversùs calculum commendant. Alii eorum usum in cerevisia damnant, eo argumento quòd ex quo in Angliam introductus sit, calculus apud nos epidemicus esse cœpit, multóque plures quàm olim infestavit. Verùm falsi sunt, nam quamvis Lupulus frequentioris usûs sit hodie quam unquam antehac in urbe Londinensi, pauciores tamen inibi nunc dierum calculo laborant quàm superiore seculo, ut observavit *D. Graunt.* Nec refert quòd Alæ potus à medicis calculosis præscribatur, illud enim fit, quoniam ob lenitatem & lubricitatem seu lævorem suum dolores acerbos calculi & symptomata graviora mitigat & retundit, quamvis fortasse ob lentorem & visciditatem, ejus generationem & coagulationem potiùs promoveat.

2. Lupulus scandendo perticas motum Solis sequitur, hoc est à dextra ad sinistram, seu ab Oriente per meridiem versùs Occidentem flectitur, nunquam in contrariam partem, licet ipse manu volvendo & dirigendo id efficere conetis. Idem & aliis omnibus convolvulis commune esse aliquando existimavimus, jam verò

verò experientiâ contrarium edocti sumus; alii enim à dextra versùs sinistram flectuntur cum Lupulo, ut v. g. Bryonia nigra, Convolvulus niger, Periclymenum: alii à sinistra versùs dextram, ut Phaseolus, Cuscuta, Convolvulus major & minor; alii nunc in hanc, nunc in illam partem, ut Dulcamara.

Sunt ergo qui Solem sequuntur; & sunt etiam qui refugiunt.

Idem & cochleis terrestribus accidere observavit ingeniosissimus vir & singularis amicus noster *D. Martinus Lister*. Quarum quamvis maxima pars à sinistra dextram versùs circumactis orbibus intorqueatur, nonnullæ tamen (minores illæ & acutiori vertice) spiris in lævam tendentibus fastigiantur.

℞. Salis nigri, Lupulorum recentium ana manipulos duos, uvarum Corinth. cærul. $\frac{1}{4}$ *lib.* Probè contusa, mixta, & in massam fragilem redacta carpis applicentur. Febrem quotidianam fugare dicuntur. *D. Boyle, De util. Philos. Nat.*

4. Turiones Lupuli velut & Asparagi verno tempore coquuntur mensisque adhibentur. Eorum esu sanguis purgatur, alvus solvitur, hepar & lien obstructionibus liberantur.

C. Luteŏla *Ger.* vulgaris *Park.* I. sive Luteola herba salicis folio *C. B.* Lutea Plinii quibusdam *J. B. Yellow-weld, Wild-Woad, Diers-weed.* In muris & asperis, non rarò etiam in agris restibilibus.

N. Quæ de hujus plantæ viribus in medicina à Matthiolo traduntur, incerta sunt & inexplorata. At verò lanarum infectoribus magni usûs est; rudes enim & albas cum alumine decocta luteo colore tingit, cæruleas autem viridi, idque magis minúsve intenso, quo saturatior dilutiórve fuerit color cæruleus.

Lychnis maritima repens *C. B.* marina repens alba *Park.* marina Anglica *Ger.* marina Anglicana *J. B. English Sea-Campion.* In toto litore meridionali Angliæ nonnisi inter silices & Brassicas marinas, quà ferè

undæ

undæ alluunt, enaſci nos cum Lobelio obſervavimus.

Lychnis plumaria *v.* Armerius pratenſis.

C. Lychnis ſylveſtris flore albo *Ger. emac. Park.* coronaria IV, ſive ſylveſtris alba ſimplex *C. B.* Ocymoides album multis *J. B. Wild white Campion.* Juxta vias in paſcuis, & ad ſepes.

Lychnis ſylveſtris alba 9 Cluſii *Ger. emac.* viſcoſa I, ſive montana, viſcoſa, alba latifolia *C. B.* Polemonium petræum Geſneri *J. B. wild white Catchfly. On the walls of Notingham-caſtle, found by T. Williſell.*

Lychnis ſylveſtris rubello flore *Ger.* ſylv. flore rubro *Park.* coronaria 7, i. e. ſylveſtris, ſive aquatica purpurea ſimplex *C. B.* Ocymoides purpureum multis *J. B. Red-flowered wild Campion.* Ad ſepes & foſſas, inque ſylvis humidioribus paſſim.

N. Semen duarum drachmarum pondere bilioſa per alvum ducit, &c. *Dod.*

† Lychnis ſylveſtris viſcoſa rubra anguſtifolia *C. B. Park.* Odontidi ſive Flori cuculi affinis Lychnis ſylveſtris 1 Cluſii in Pannon. 4 in Hiſt. poſt. *J. B.* The *Red Germane Catchfly. upon the Rocks in Edinburgh-Park.* Tho. Williſel.

C. Lychnis ſylveſtris annua anguſtifolia flore rubente. An Lychnis ſegetum parva viſcoſa *P. B? Small annual narrow-leaved wild Campion. This Mr. Dent Apothecary in Cambridge, found among Corn near the Devils-ditch in Cambridge-ſhire.* Deſcriptio Ocymoidis non ſpecioſi apud *J. B.* huic plantæ convenire videtur, at non figura.

N. Lychnis in uſum medicum hodiè non venit; propter floris venuſtatem duntaxat expetitur, & in hortis colitur.

C. Lyſimachia galericulata *Lob.* non ſpicata 3, ſive Lyſ. cærulea galericulata, vel Gratiola cærulea *C. B.* Tertianaria, aliis Lyſ. galericulata *J. B.* Gratiola latifolia *Ger.* cærulea ſive latifolia major *Park.*

Hooded Willow-herb. In aquosis, ad rivulos & fossas.

Lysimachia galericulata minor. Gratiola latifolia sive nostras minor *Park.* qui eam bene describit. *The lesser hooded Willow-herb, or Loose-strife. This grows in boggy moist places, and is not very frequent.* Dimidii pedis altitudinem vix assequitur; flores, quos sub Autumnum profert, pallidè purpurei sunt aut potiùs carnei, labello punctato.

C. Lysimachia lutea *J. B. Ger.* lutea I, sive major, quæ Dioscoridis *C. B.* lutea major vulgaris *Park. Common yellow Loose-strife or Willow-herb.* In aquosis, sed rarior. *In the Close where Cirsium Anglicum grows, near Cambridge; and in the Islet made by the brook Stour, near the Paper-mills,* &c.

C. Lysimachia purpurea spicata *Ger. Park.* purpurea, quibusdam spicata *J. B.* spicata I, sive spicata purpurea fortè Plinii *C. B. Purple spiked Willow-herb, or Loose-strife.* In palustribus, & ad fluvios.

N. Aqua hujus destillata ad vulnera, puncturas, sugillationes oculorum, necnon ad obscuritatem aliaque eorum vitia præsentaneum est remedium, autore *Parkinsono.*

C. Lysimachia purpurea trifolia caule hexagono *Spigel. isag. Three-leaved purple Loose-strife.* Hæc est varietas præcedentis potiùs quam species distincta.

C. Lysimachia siliquosa glabra major *C. B.* campestris *Ger.* siliquosa major *Park.* lævis *J. B. The greater smooth leaved codded Willow-herb, or Loose-strife.* In humidis & uliginosis saxosis.

C. Lysimachia siliquosa glabra media sive minor *Ger. emac.* Lys. lævis *J. B.* quoad iconem. siliquosa 4, sive glabra minor *C. B. The lesser or middle smooth-leaved codded Willow-herb.* Ad fossas & rivulos.

Lysimachia siliquosa glabra minor latifolia. *The lesser smooth broad-leaved codded Willow-herb. In the rivulets on the sides of Cheviot-hills.* Folia huic glabræ atro-virentia magnitudine & figurâ ferè Ocymi aut Origani.

Origani. Caules infirmi, bipalmares. Siliquæ longæ, nutantes.

C. Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor anguſtifolia *Ger.* ſiliquoſa V, ſive glabra anguſtifolia *C. B.* *The leaſt ſmooth codded Willow-herb.* In paluſtribus.

C. Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta magno flore *C. B.* ſiliq. hirſuta majore flore purpureo *J. B.* Lyſ. ſiliquoſa *Ger.* *Great hairy codded Looſe-ſtrife, or Willow-herb, called alſo Codlings and Cream, from the ſmell of the leaves a little bruiſed.*

C. Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta parvo flore *C. B.* ſiliquoſa hirſuta flore minore *J. B.* 12, ſive ſylvatica *Ger.* *The leſſer hairy codded Looſe ſtrife, or Willow-herb, with ſmall flowers.*

N. Nullius ferè usûs eſt in medicina Lyſimachia. Geſnerus calidam & ſiccam eſſe judicavit.

Lyſimachia ſpecioſa quibuſdam Onagra dicta ſiliquoſa *J. B.* tom. 2. pag. 907, ubi plena & accurata deſcriptio. Lyſimachia Chamænerion dicta latifolia *C. B.* Chamænerion *Ger.* Chamænerion flore Delphinii *Park.* ut puto; malè enim deſcribit flores. *Roſebay-Willow-herb.* *In a Wood near Troiers in Mayfield-Pariſh in Suſſex: alſo near Sheffield in York-ſhire, in the Meadows, and in ſeveral other places of the North plentifully.*

M

C. MAlva ſylveſtris minor *Park.* ſylv. pumila *Ger.* I, ſive ſylveſtris folio rotundo *C. B.* vulgaris flore minore, folio rotundo *J. B.* *Small wild Mallow, or Dwarf-Mallow.* In ruderibus, & ad ſemitas.

C. Malva vulgaris *Park.* ſylveſtris *Ger.* 2, ſive ſylv. folio ſinuato *C. B.* vulgaris flore majore, folio ſinuato *J. B. Common Mallow.* Variæ flore albo.

N. 1. Herba humectat, emollit, lenit dolores, laxat alvum, urinæ acrimoniam mitigat: in tumoribus maturandis doloribúſque ſedandis extrinſecùs adhibetur in cataplaſmatis; ad alvum leniendam, dolorem nephriticum mitigandum in clyſteribus. Præcipua ejus vis eſt in emolliendo, ut vel ipſum nomen in utrâque lingua arguit.

2. Decocti vel aquæ deſtillatæ foliorum malvæ unciæ tres cum ſyrupi violacei ℥ i ß. urinæ ardorem & acrimoniam mitigant & reſtinguunt illicò primâ doſi, inquit *Grulingius* in *Praxi*, nec ſe aliud in hoc malo præſentius remedium nôſſe ſcribit; cui noſtra quoque experientia ſuffragatur. D. *Hulſe.*

Malva arborea marina noſtras *Park. Engliſh Sea-Tree-Mallow.* Hæc planta quamvis perſimilis ſit Malvæ arboreæ *J. B. C. B.* eſt tamen reverâ ſpecificè diverſa, folia ei minora, magis incana, nec adeò rotunda. Ego utramque Cantabrigiæ in hortulo meo aliquot annis colui. *I have obſerved it in many places by the Sea, as at Hurſt-caſtle near the Iſle of Wight, in Portland-Iſland, on the Rocks of Caldey-Iſland, in the Baſſt-Iland near Edinburgh in Scotland,* &c.

C. Malus ſylveſtris *Ger. Park.* ſylv. ſive agreſtis *J. B.* Mala ſylveſtria, quæ & alba & rubra, & majora & minora *C. B. The Crab-tree or Wilding.* In ſylvis & ſepibus.

N. 1. Succus mali ſylveſtris auſterus eſt & aſtringens: cum flore cereviſiæ mixtus & impoſitus utilis eſt adverſus ignem ſacrum, ſcabiem, inflammationes quaſcunque, &c.

2. Succus pomorum agreſtium inſtillatus inflammationes & lippitudines oculorum ſpecifica proprietate ſanare creditur.

3. Ad Scrophulas. ℞. Succum pomorum ſylveſtrium calefactum, ulceribus diligenter eo lotis & purgatis

purgatis lanam nigram oleo è pedibus bubulis priùs humectatam impone. *D. Hulſe* è MS. nondum edito.

C. Marrubium album *J. B. Ger.* album I ſeu vulgare *C. B.* album vulgare *Park. whitt Horehound.* Ad vias publicas, & in locis ruderatis.

N. 1. Succus expreſſus cum melle aut potiùs ſyrupus de Praſſio, aſthmaticis, tuſſientibus & tabidis opitulatur; eſt enim pulmonic. inſigne. Pulvis foliorum interaneorum vermes necat. Valere dicitur & in partu difficili lochiiſque retentis.

2. Syrupi ℥ ii. cum olei Tartari per deliquium ℈ i. miſce. Sumat æger per intervalla frequentia ad menſuram unius cochlearis. Medicamentum eſt ad icterum nulli ſecundum.

C. Marrubium aquaticum *Ger. emac.* aquat. vulgare *Park.* aquat. quorundam *J. B.* paluſtre glabrum *C. B. Water-Horehound.* In juxta & aquas.

Marrubium nigrum, *v.* Ballote.

Matricaria, *v.* Parthenium.

Matriſylva, *v.* Periclymenum & Aſperula.

Medica *v.* Trifolium.

C. Melampyrum criſtatum *J. B.* an V, ſive luteum anguſtifolium *C. B? Creſted Cow-wheat.* In ſylvis Cantabrigienſibus & Bedfordienſibus abundè. Obſervavi & in tranſmarinis circa Genevam copioſè.

C. Melampyrum ſylvaticum flore luteo, ſive Satureia lutea ſylveſtris *J. B.* IV, ſive luteum latifolium *C. B.* Cratægonum vulgare *Park.* 1, ſive album *Ger.* At cur album appellet, rationem non video. *Common Cow-wheat.* In ſylvis paſſim.

C. Melilotus vulgaris *Park.* Germanica *Ger emac. deſcript.* I, ſive Officinarum Germaniæ *C. B.* Trifolium odoratum ſive Melilotus vulgaris flore luteo *J. B. Common Melilot.* In arvis, & ad ſepes.

N. Emplaſtris digerentibus ac reſolventibus, nec non concoquentibus, tum & acopis omnibus utiliter admiſcetur. *J. B.* Emollit, diſcutit, dolores mitigat.

Plurimas ei vires assignant Veteres, quos consulat qui plura desiderat.

C. Mentha aquatica sive Sisymbrium *J. B. Ger. emac.* aquatica rubra *Park.* rotundifolia palustris, sive aquatica major *C. B. Water-Mint.* Ad rivos aquarum fluentium. Hujus duplex habetur varietas, altera folio glabro, altera fol. hirsuto, quæ an specie differant mihi nondum constat.

Mentastrum spicatum folio longiore candicante *J. B.* Mentha sylvestris folio longiore *C. B.* Menthastrum *Ger?* hortense, sive Mentha sylvestris *Park.* quoad iconem. *Long-leaved Horst-Mint. Found by Mr.* M. Lister *growing in Burwel-beck in Lincoln-shire, plentifully.*

Mentastrum folio rugoso rotundiore spontaneum, flore spicato, odore gravi *J. B.* Mentha sylvestris I, sive rotundiore folio *C. B.* An Mentastrum *Ger?* & Mentastrum hortense sive Mentha sylvestris *Park?* Figuræ enim nullo modo conveniunt. *Horse-Mint, or Round-leaved wild Mint.* Rarius occurrit sponte. *I observed it growing by the Rivers side at Lydbrook, near Rosse in Hereford-shire, plentifully; and in some places of the West-countrey, which I do not now remember.*

N. 1. Menthæ usus præcip. in Ventriculi imbecillitate, cruditate, singultu, vomitu, flatibus, ardore; jecoris obstructione, intestinorum dolore, capitis vertigine. Menses & album mulierum profluvium efficaciter compescit. Extrinsecùs duritiem mammarum, lactisque coagulationem tollit, achores sanat, &c. *Schrod.*

2. Herbæ succus ejusve aqua destillata ad vomitum reprimendum usûs sunt creberrimi.

3. Menthæ folia lacti immersa coagulari illud & in caseum coire non permittunt. *Tyag.*

C. Mentha cattaria *J. B.* felina sive cattaria *Ger.* cattaria vulgaris & major *C. B.* Nepeta major vulgaris *Park. The greater Nep or Catmint.* In agro Cantabrigiensi plurima, sed & alibi juxta sepes non raro.

N. Hanc mentham ex agris in hortos translatam felinam

felium ore & toto immisso ad volutandum corpore conteri & penitus confici sæpius vidimus, &c. V. Cat. Cant. Mirabilis sanè est hæc sympathia.

Mercurialis mas & fœmina *J. B.* vulgaris mas & fœmina *Park.* Mercurial. mas & Merc. fœmina *Ger.* Mercurialis I, i. e. testiculata sive mas Dioscoridis & Plinii *C. B.* item Merc. 2, i. e. Spicata sive fœmina Dioscoridis & Plinii *ejusdem. French-Mercury. On the Seabaich, near Ryde in the Isle of Wight, plentifully.*

Sex plantarum species observavimus quæ sexu differre dicuntur, hoc est, quæ ex eodem semine mares & fœminas dictas producunt. Per mares cum J. Bauhino intelligo steriles, quæ flores duntaxat proferunt; per fœminas fertiles, quæ semen. Hæ sunt Lupulus salictarius, Cannabis, Mercurialis, Cynocrambe, Phyllon, Spinachia.

N. Emollit & abstergit, unde & hodie in enematis frequentissimus ejus usus. Observatum est omnis generis verrucas hujus foliis vel eorum succo tolli; item semen cum Absinthio decoctum ictericos mirificè juvare. *Mat.* & *Ruel.*

Meum *Ger.* vulgatius *Park.* I, sive foliis Anethi *C. B.* Meu vulgare sive Radix ursina *J. B. Common Spignel, or Meu.* In Westmorlandia, *about two miles from Sedberg, in the way to Orton, abundantly, in the meadows and pastures, where it is known to all the Countrey-people by the name of Baud-money; of which name I can give no account. It is found also near Dolgehle in Merionidh-shire.*

N. Flatus discutit. Usus præcip. in inflatione ac ructu ventriculi, in mensibus ac urina ciendis, in uteri suffocatione, in torminibus ventris, in catarrhis tartaróque pulmonum expectorando. *Schrod.* Multas ingreditur compositiones, & ipsam Theriacam.

Militaris aizoides *Ger.* Stratiotes sive Militaris aizoides *Park.* Aloe 4, sive palustris *C.B.* Aloe sive Aizoon palustre *J. B. Water Sen-green, or Fresh-water Souldier.* In fluentis pigrioribus & palustribus fossis in insula Elienſi copiosè.

C. Millefolium aquaticum dictum Viola aquatica *J. B.* aquaticum, seu Viola aquatica caule nudo *C. B.* aquaticum floridum, seu Viola aquatica *Park.* Viola palustris *Ger. Water-Violet, or Milfoil.* In aquis cœnosis.

C. Millefolium aquaticum cornutum *J. B.* quoad descriptionem. *Horned Water-Milfoil.* In aquis stagnantibus aut pigrioribus. Hoc est illud genus quod dedimus in C. C. sub titulo Equiseti ramosi aquis immersi, & tunc non descriptum putavimus, postea verò descriptione Millefolii cornuti *J. B.* attentiùs lectâ, eam equiseto huic nostro in omnibus convenire comperimus, quamvis figura quæ est C. Bauhini non respondeat, ut neque ejus descriptio in Prodromo. Si eandem cum nobis plantam descripsit *C. B.* quæ de floribus habet, ex conjectura addit, non ex autopsia.

C. Millefolium aquaticum minus *Park. J. B.* aquat. 3, sive floſculis ad foliorum nodos *C. B.* aquat. 6, sive Myriophyllum aquat. minus Clusii *Ger. emac. Small water-Milfoil. In the rivulet Stour above the Paper mills near Cambridge, and in divers other places.*

C. Millefolium aquat. pennatum spicatum *C. B. Park.* pennatum aquaticum *J. B. Feathered water-Milfoil. In the river Cam about Stretham-ferry, and in many other rivers and great pools of water in Cambridge-shire, and elsewhere.*

C. Millefolium palustre galericulatum *Ger. emac.* aquat. flore luteo galericulato *J. B. Park.* aquat. XI, sive aquat. lenticulatum *C. B. Hooded water-Milfoil.* In palustribus fossis Lincolnienſibus & Elienſibus. *I have also found it in a Fenny ground near Hawkshead in Lancashire, and elsewhere.*

Millefolium palustre galericulatum minus flore minore.

C. Millefolium aquat. Ranunculi flore & capitulo *Park.* aquat. 6, sive aquat. foliis Abrotani, Ranunculi flore & capitulo *C. B.* Millefolium sive Maratriphyllum flore & semine Ranunculi aquatici Hepaticæ facie *Ger.* Ranunculus

nunculus aquatilis omninò tenuifolius *J. B. Water-Crowfoot, Fennel or Milfoil.* In aquis vulgatiſſimum. Ad Ranunculos referri debet, & non ad Millefolium.

N. Harum plantarum hactenus uſus in medicina nullus.

C. Millefolium vulgare *Park.* terreſtre 2, ſeu vulgare album *C. B.* terreſtre vulgare *Ger.* Millefolium ſtratiotes pennatum, terreſtre *J. B. Common Yarrow, or Milfoil; and in ſome places Noſebleed.*

C. Millefolium flore rubro *Ger.* vulgare rubrum *Park.* terreſtre 4, ſeu vulgare purpureum minus *C. B. Purple-flower'd-Yarrow, or Milfoil.* Hæc duo (quantum mihi videtur) ſpecie non differunt. In paſcuis utrumque.

N. Vis hujus ad ſanguinem ſiſtendum. Uſu itaque interno convenit in hæmorrhagiis & fluxionibus omnis generis, narium, uteri, alvi, vulnerum, ſcreatu ſanguinolento, vomitu, urinâ retentâ, calculo, mictione ſanguinolenta, gonorrhœâ, hæmorrhoidibus, fluore uterino, mariſcis, &c. Extrinſecùs adhibetur utiliter cephalalgiæ, hæmorrhagiæ narium & vulnerum, vulneribus conſolidandis, rumoribus hæmorrhoidum, herniæ, ictibus venenatis, tumori penis, &c. *Schrod.*

Millegrana minima *Ger.* minima ſive Herniaria minor *Park.* Polygonum minimum ſive Millegrana minima *C. B. The leaſt Rupture-wort, or All-ſeed.* In arenoſis & ericetis. J. Bauhinus aliam ab hac diverſam plantam, nimirum Polygonum vel Linifoliam per terram ſparſam flore Scorpioidis, proponit pro Millegrana minima *Lob.* cujus figuram in icon. Plantin. pag. 422. minùs probat. Verùm errâſſe videtur, & neſciviſſe Millegranam minimam Lobelii.

C. Mollugo montana minor Gallio albo ſimilis. *Small Mountain-Baſtard-Madder.* Hæc nondum deſcripta eſt, quod ſciam. Provenit autem tum in paluſtribus, tum in

in montoſis & ericetis. Parvitate ſua & glabritie à Gallio albo diſtinguitur.

Mollugo, *v.* Gallium & Rubia.

C. Morſus Diaboli *Ger.* Diaboli vulgaris flore purpureo *Park.* Succiſa ſive Morſus Diaboli *J. B.* Succiſa glabra *C. B.* forté. *Devils-bit.* In pratis & paſcuis. Seriùs & ſub Autumnum floret.

N. Alexipharmaca eſt & vulneraria, ut facie ſic viribus cum Scabioſa convenit. Inprimis celebratur in Epilepſia, peſte, uteri dolore, ſanguine coagulato, abſceſſibus occultis, lue venerea, ejúſque ulceribus: in vulneribus recentibus, &c. Extrinſecùs in angina, tumoribus tonſillarum quæ ad ſuppurationem ægrè perveniunt [gargariſ.] in ſugillationibus, bubonibus, &c. *Schrod.*

Morſus gallinæ, *v.* Alſine hederacea & Lamium.

Morſus ranæ, *v.* Nymphæa.

Muſcipula Salamantica, *v.* Seſamoides.

C. Muſcus arboreus ramoſus *J. B.* Foglio diramato *Imper. The moſt common Tree-moſſe.* Similis eſt Pergameno diſſecto aut Algæ vulgari, Principium latius in ramos diviſum latos pariter & planos, colore candicante ſuperiùs, nam inferiùs nonnihil admixtum habere videtur flavedinis velut flos lactis. Non rarò etiam orbiculos habet. Differt latitudine & anguſtia ſegmentorum; & in omnibus ferè arboribus reperitur.

C. Muſcus arboreus peltatus & ſcutellaris *J. B.* arboreus 3, ſeu arboreus cum orbiculis *C. B.* quercinus fœniculaceus *Park.* ineptè, ramoſus floridus *Ger. Flowering branched Moſſe.* Habet hæc ſpecies (ut rectè J. Bauhinus) teretes, craſſiuſculos, rigidos veluti cauliculos, ramoſos, quos cirri tenues veſtiunt, incano colore, in ramorum faſtigio ſedente nonnunquam peltato orbiculo, cujus oras radii ſtaminei circumcirca coronant, qui tamen ſæpius abeſt. Reperitur in malis, quercubus, aliiſque arboribus ut & lignis aridis.

Muſcus

Muſcus arboreus nodoſus ſive geniculatus *Park.* arboreus nodoſus *C. B.* Dendrobryon geniculatum *Col. Knotted or kneed Tree-moſſe. This T. W. brought to me at Burnley in Lancaſhire, where he found it growing on an Haſell Nut-tree.* Tum figura, tum deſcriptio Parkinſoni ei bene reſpondent.

C. Muſcus arboreus ſupinus marginibus piloſis. Hujus characteriſticum eſt quo à reliquis omnibus facilè poſſit dignoſci, quòd ſegmentorum, in quæ variè & eleganter dividitur, margines & extremitates pilis quibuſdam ſeu ſetulis brevibus, raris ſint fimbriatæ. Habet quoque orbiculos ſcu ſcyphulos reliquorum more. In malo, fraxino, juglande, &c. obſervavimus.

C. Muſcus cruſtæ aut lichenis modo arboribus & ſaxis adnaſcens flavus. Hic colore ſuo ſtatim ſe prodit.

C. Muſcus cruſtæ modo arboribus adnaſcens cinereus. In hac ſpecie orbiculos nondum obſervavi.

C. Muſcus cruſtæ modo arboribus adnaſcens cinereus argutioribus ſegmentis. Hæ tres ſpecies proximè dictæ, eodem ferè modo ſerpunt & expandunt ſe ſuper arborum cortices, quo Lichen vulgaris ſuper terram. C. Bauhinus ſub unico titulo *Muſci cruſtæ modo arboribus adnaſcentis* omnes comprehendit, cùm tamen reverà ſpecie differant.

Muſcus pulmonarius, *v.* Lichen arborum.

Muſcum pulmonarium quercinum in Ictero omnium medicorum ſolertiam eludente efficax remedium expertus eſt Andreas Golius mercator. De hoc autem muſco accepit manipulum I, additâ librâ cereviſiæ ſecundariæ, quam in ollâ fideliter occluſa ad dimidium decoxit, poſtea 13 cochlearia tepida mane atque veſperi imbibit. *Ephemer. German.* anno III. Obſ. 290.

Muſcus capillaris, *v.* Adianthum aureum.

Muſcus clavatus ſive Lycopodium *Ger. Park.* terreſtris repens X. ſive clavatus *C. B.* terreſtris repens à Trago pictus

pictus *J. B. Club-moſſe, or Wolves-claw. On Hampſted-heath near London, as alſo on Snowdon, and the other Mountains of Wales; on the high Hills of Darby-ſhire, Stafford-ſhire, and York-ſhire.*

N. Muſcus terreſtris vino pendulo impoſitus intra paucos dies illud reſtituit; unde Germanis nonnullis *Weingrein* dicitur. Vino decoctus & potus calculos comminuit, ut plerique teſtantur. *Trag.*

Muſcus clavatus foliis cupreſſi *C. B. Ger. emac.* clavatus cupreſſiformis *Park.* terreſtris ramoſus pulcher *J. B.* Sabina ſylveſtris *Trag. Cypreſs-moſſe, or Heath-Cypreſs. On the mountains of Snowdon and Caderidris in Wales; on Anderkin-hill, not far from Douglas in Scotland; on Ingleborough-hill in York-ſhire,* &c. *abundantly.*

N. *Germani Academ. curioſ. hanc ſpeciem odorem exhibere moſcho æmulum ferunt, quem ſiccata etiam conſervat: ego talem odorem in hac planta non obſervavi; experiantur quibus copia illius fit.* Ex muſco hoc odorato (inquit *D. Sachs Ephemer. German. An. primo. Obſerv.* 97.) egregiam & odoratiſſimam medicinam mihi communicavit Chymicus eximius, quam hic non piget adſcribere. Colligantur hujus muſci antheræ, quæ tenuiſſimæ & leviſſimæ ſunt ſubſtantiæ, coloris aureo-ſulphurei, inflammabiles ad ignem candelæ, & per ſe quoque ut flores Lycopodii in calculo, epilepſia & pulmonum affectibus cum butyro Maiali utiliter manè ſumuntur: hæ antheræ ſi cum ſpiritu vini tartariſato aliquandiu macerentur & poſtea deſtillentur oleum præbent rubicundiſſimum & odoratiſſimum, quod omnium Sulphurum vegetabilium apex dici meretur. *Ephemer. German.*

Muſcus erectus abietiformis. Muſcus terreſtris rectus *J. B. upright Firre-moſſe. On Snowdon, Caderidris, and the other high Mountains of Wales: alſo on Ingleborough hill in York-ſhire, and the hills of the Peak in Darby-ſhire.* Chamæpeuces Turneri huic reſpondet, at non deſcriptio.

N. Vis

N. Vis huic plantæ ad fœtus depellendos efficaciſſima, meretricibus, infanticidium ſæpe eâdem committentibus, plus ſatis nota, ineſt. Rhizotomæ mulierculæ febri & corrupto ſtomacho eam opponunt, decoctámque cum cereviſia ac hauſtam multis fuiſſe ſalutiferam perhibent, & purgantem volunt. Vomitum ciet vehementiſſimum, corpus humoribus variis peccantibus exonerantem, ſed maximè etiam alterantem. Tutiùs robuſtioribus quàm tenerioris texturæ hominibus præbetur. Vilioris conditionis homines in aqua coquunt, quâ ad abigendos pediculos caput lavant, quod tamen turbare maximè dicitur. *Ephemer. German.*

Muſcus terreſtris repens clavis ſingularibus folioſis erectis, *Creeping Club-moſs with upright heads.* Similis eſt Lycopodio, ſed minor; terræ per quam repit arctè adhæret. Capitula tamen quæ ſemen proferunt, ſurriguntur, nec figurâ nec colore à cauliculis repentibus diverſa, ſed magnitudine tantùm, ob ſemen in alis foliorum contentum in clavas turgeſcentia. *On Hamſted and Bagſhot-heaths, and the Northern mountains beforementioned.*

N. 1. Menſe Auguſto & Septembri collectus pulverem dat ſubtiliſſimum flavum, qui vi fulminante gaudet, Perſis non ignotâ, utì notat Olearius *Itinerar.* Perſæ enim & Muſcovitæ pulverem Auguſto colligunt, in fornacibus ſiccant, & ignibus artificialibus ſub nomine *Plaven* inſtar pulv. pyrii adhibent. Pulvis recens dum eſt & probè ſiccatus majus concipit incendium præ illo qui dudum collectus eſt. Pulvis refinæ idem præſtat teſte Olearío. Prunis injectus non tonat, ſed flammæ tantùm, putà candelæ, immiſſus aut inflatus. Huic pulveri ſi aliquid addatur de thure, maſtich. ſuccin. & benzoin pulv. & per flammam ſuffletur, non ſolùm fulgur edit, ſed & odorem ſuaviſſimum excitat inſtar ſuffumigii. Si folia Betulæ pulveriſata ſimul miſceantur ſtrepitum majorem edit. Commendatur in Epi-

lepſia

lepsia præcipuè infantum ab ischuria. Egregiè urinæ facilitat exitum, si quantum cuspide cultelli contineri potest propinetur. *Ephemer. Germanicarum* Ann. primo.

2. Poloni & maximè Rutheni & Lithuani ob consuetum & jam quotidianum hujus plantæ usum in exstirpandâ & curandâ *Plica* morbo sibi familiari, *Plicariam* & *Cingulariam* eam nominare solent. Accipiunt autem plantam hanc seu muscum, quem priùs cultello aliquo sursum versùs dissecare solent, postea infundunt decocto Brancæ ursinæ, priùs optimè calefacto, & post unam vel alteram lenissimam adhuc ebullitionem adjiciunt aliquid fermenti [panis siliginei] illúdque reponunt postea ad fermentandum propè fornacem. Decoctum hoc vel per se, vel cum ovis recentibus in forma jusculi quotidie bibunt & comedunt. Exterius cum illo decocto priùs calefacto & aliquando ad majorem potentiam seu virtutem secunda vice cum recente musco incocto, instar lixivii, obscurè rubei coloris, lavant caput bis in septimana, nullo amplius adhibito pectine, &c. Unguentum ad Plicam. ℞. Plicariæ & radicum Bryoniæ partes æquales, Adipis erinacei q. s. Ex his tribus optimè commixtis in vase vitreo bene obturato, & coctis in B. M. per horam fiat unguentum secundùm artem, cum quo radices capillitii in capite complicati bis in die inungantur. Oleum ex Erinaceo, quod ad confectionem unguenti hujus requiritur parare solent in olla nova foraminata igne circulari per descensum more consueto.

3. Mulierculæ rusticæ in Ukraina in nimio fluxu menstruorum & doloribus ac strangulationibus uterinis faciunt cingulum ex illo circa nudum corpus; pariter ad hæmorrhagiam narium caput eo cingunt ceu coronâ; hinc nonnullis *cingularia* vocatur. *Verùm hæc vana & superstitiosa nobis videntur. Ephemer. German. Ann. secund.* Muscus terrestris polyspermos. *Steding Mountain-mosse.* Cum prioribus. Hic minor est multò abietiformi musco, alioqui non ità ei dissimilis, vix se sustentans. Semine majusculo

majuſculo cinereo in alis foliorum naſcente abundat. Loca montium humida & ſcaturigines aquarum ſectatur. *On Snowdon-hill in Wales, and on Ingleborough, and other hills in the North.* Quinque hi muſci poſtremò ſcripti, ſunt elegantes & ſpecioſæ plantæ, & nobiliorem titulum merentur.

Muſcus corniculatus *Park. J. B.* terreſtris ramoſus 8, ſive ceranoides major & minor *C. B. Horned moſſe.* Hic, ſi modò idem ſit quem ego intelligo, tubuloſus eſt, ejúſque ſummi rami in acutas ſpinulas perſæpe deſinunt.

Muſcus coralloides apicibus coccineis. An Muſcus terreſtris coralloides erectus cornibus rufeſcentibus *Park. C. B? Scarlet-headed Coralline-Moſſe.* Ad radices arborum putridarum, & in uliginoſis ſterilioribus.

Muſcus denticulatus minor *C. B. Park.* minor denticulatus *Ger. The leſſer dented Moſſe.* Speciem majorem in Anglia non obſervavi.

C. Muſcus filicinus *J. B. Ger. Park.* filicinus major *C. B. Fern-moſſe.* In ſylvis & umbroſis paſſim.

Muſcus marinus rubens pennatus. *Red feathered Sea-moſſe. we found it caſt up on the ſhore near Barwick plentifully.* Alii fortaſſe ad Fucos referunt. An Muſcus maritimus V. ſeu pennæ ſimilis *C. B?*

Muſcus marinus albidus *Ger.* marinus rubens, ſive Corallina rubens *Park.* Corallinæ affinis, ſive Muſcus marinus tenui capillo *J. B.* Muſcus capillaceus multifido folio albidus *C. B. Fine-leaved Coralline-moſſe.* Saxis, teſtis, & ipſi etiam Algæ innaſcitur. Variat colore vel rubente, vel nigro, vel viridi, vel albicante.

Muſcus coralloidesmarinus denticulatus. *Toothed Coralline-moſſe.* Figura Abietis marinæ *Cluſ.* huic non admodum diſſimilis eſt. Altitudo ei vix palmaris; color arenæ marinæ. In ramulos innumeros dividitur, qui ſinguli caulem ipſum magnitudine æquant, ſetis equinis vix craſſiores, per totam longitudinem argutis dentiſcellis crebris, ex adverſo binis inciſi muſco denticulato ſimillimi.

ſimillimi. Folia commanſa mollia videntur, & non corallinæ modo ſcrupoſa. Concharum teſtis, petris & Fucis innaſcitur.

C. Muſcus pyxioides ſive pyxidatus *Ger. Park. J. B.* terreſtris ramoſus 13, ſive pyxioides terreſtris *C. B. Cup or Chalice-moſſe.* In aridioribus.

N. Pulvis hujus in zythogalo aut cereviſia tenui exhibitus tuſſim convulſivam puerorum ſpecifica proprietate lenire & ſanare dicitur.

† Muſcus parvus ſtellaris *Ger. Park. C. B. Small Heath-moſſe.* In ericetis humidioribus *Lob.*

C. Muſcus terreſtris latioribus foliis major, ſeu vulgaris. An M. terreſtris & hortenſis *J. B?* *Common Earth-moſſe the greater.*

C. Muſcus terreſtris vulgaris minor Adianthi aurei capitulis. *Earth-moſſe the leſſer, with the heads of Goldilocks.* Hic paſſim provenit, tum in paſcuis ſterilioribus, tum in ſylvis, præcipuè ad arborum & fruticum radices; tum etiam non rarò in truncis & ramis arborum, iis in partibus ubi humor pluvius non adeò prompte & citò delabitur. Folia hujus minora ſunt magiſque cauli appreſſa quàm ejus quem pro vulgari terreſtri habeo. Capitula ex alis foliorum, & caulis lateribus exeunt, non ex ſummo caule, ut in Polytricho.

C. Muſcus paluſtris terreſtri ſimilis. *Boggy Earth-moſſe.* Tum figuræ tum deſcriptiones Muſci terreſtris vulgaris apud *Ger.* & *Park.* meliùs conveniunt huic plantæ quàm terreſtri vulgari noſtro. *I never found this but on moiſt boggy places, eſpecially of grounds given to heath.*

C. Muſcus aquaticus terreſtri vulgari ſimilis, ſed major. *Water-moſſe.* Hic aquis innatat, éſtque foliis majoribus quàm Muſcus terreſt. vulg. & minùs ramoſus. *I have found it in many ſtanding and running waters, as in the Iſle of Ely, in Funen Deu in Pembroke-ſhire,* &c. *I take it to be the* Fontalis minor lucens *of J. Bauhine.*

Muſcus tubuloſus ramoſiſſimus fruticuli ſpecie. Muſcus corallinus ſive Corallina montana *Ger. emac.* apud quem

benè

benè deſcribitur. Muſcus corallinus montanus *Park.* coralloides ſive cornutus montanus *C.B. Corallina-moſſe.* Albus eſt, inque ramulos creberrimos variè ſparſus & diviſus. In ericetis ſqualido & ſpongioſo ſolo creſcit: *In Warwick-ſhire, Staffordſhire, and the North.*

N. Muſcus omnis aſtringit & refrigerat. Uſus præcip. in ictero, vomitu, diarrhœâ, dyſenteriâ, abortu præcavendo. *Schrod.*

Myăgrum *Ger.* ſativum *C. B.* ſylveſtre ſeu Pſeudomyagrum *Park.* Myagrum dictum Camelina *J. B.* Pſeudomyagrum, Seſamum *Trag. Wild Gold of pleaſure.* In arvis inter linum ſæpè reperitur. Variant autores in hac planta, alii diſtinguunt duas ſpecies, alii confundunt.

N. Ex hujus ſemine exprimitur oleum ad lucernas utile, quo & pauperiores in condimentis utuntur.

C. Myosōtis ſcorpioides arvenſis hirſuta *Ger. emac.* ſcorpioides hirſuta *Park.* Echium ſcorpioides arvenſe *C. B.* ſcorpioides ſoliſequum flore minore *J. B. Mouſe-ear-Scorpion-graſs.* In arvis. Flore eſt plerunque cæruleo, rarius albo.

C. Myosōtis ſcorpioides minor floſculis luteis *Park.* Echium ſcorpioides minus floſculis luteis *C. B. Small yellow-flower'd Scorpion-graſs.* In ſiccioribus & arenoſis. Hæc ſpecie diſtincta eſt à præcedente. Flores quàm illius triplo minores, cùm primò aperiuntur lutei, poſteà colorem mutant, & in cæruleum tranſeunt. Vaſcula ſeminalia utcunque majora.

C. Myosōtis ſcorpioides paluſtris *Ger. emac.* ſcorpioides repens *Park.* Figura *Park.* eadem eſt quæ *Ger.* At neque titulus neque deſcriptio huic plantæ conveniunt. Echium ſcorpioides paluſtre *C.B.* Echium ſcorpioides ſoliſequum aliud flore majore cæruleo & albo *J.B. Water-Scorpion-graſs.* In rivulis & foſſis paluſtribus.

C. Myosūros *J. B.* Cauda muris *Ger.* Holoſteum 9, ſive Holoſteo affinis Cauda muris *C. B.* Holoſteum Loniceri, Cauda muris vocatum *Park. Mouſetail.* *In the high-*

ways between Deptford and Eltham: In the corn-fields by the high-way, leading from Hoginton to Huntington-road, and in many other places. Inter segetes.

C. Myrrhis sylvestris seminibus asperis *C. B.* sylvestris Neapolitana atque etiam Anglicana *Park.* Cerefolium 5, sive Myrrhis nova Æquicolorum Columnæ *Ger. emac. Small Hemlock-chervil, with rough seeds.* In aggeribus & muris terrenis, locisque ruderatis.

Myrrhis sylvestris, *v.* Cicutaria vulgaris.

Myrtus Brabantica, *v.* Elæagnus Cordi.

N

C. NApus sylvestris *J. B. C. B.* Bunias sive Napus sylvestris nostras *Park.* Bunias sylvestris Lobelii *Ger. wild Navew.* Inter segetes, & in aggeribus fossarum. Est autem (ni multùm fallor) Napus sylvestris qui in insula Elienſi seritur ad oleum conficiendum, quique ibi *Rape* dicitur, oleum autem quod indè exprimitur *Rape-oyl.* Rapum sylvestre Lobelii J. Bauhinus suspicatur esse Rapistrum vulgare: certè Lobelius adeò brevis est & obscurus, ut nec ipsum satis intellexisse arbitror quid scriberet. Fortè quoniam inaudiverat Cantabrigienſibus *Rape-seed* dictum ex quo oleum conficiunt, imaginatus est sibi, dari Rapum aliquod sylvestre, cujus hoc sit semen.

C. Narcissus sylvestris pallidus calyce luteo *C. B.* Pseudonarcissus Anglicus *Ger.* Anglicus vulgaris *Park.* Bulbocodium vulgatius *J. B. wild Engliſh Daffodil.* Floret Martio. *I have obſerved this in many places. In a buſhy cloſe on the Southſide of Whitwel, a ſingle Farm-houſe beyond Coton, in the way to Hardwick. In Warwick-ſhire near Sutton-*

Sutton-Cofeld, towards Middleton, abundantly, and in many other places.

N. Non diſtat à Dioſcoridis Narciſſo facie vel viribus. *J. B.* Is a. vomitorius eſt & nervis inimicus: extrinſecùs tamen prodeſſe dicitur ambuſtis, vulneribus & luxatis. Narciſſi cujuſcunque generis radicem vomitum ciere *Cluſius* ſæpenumerò expertus eſt. Quin & hujus plantæ radicibus ruſticam plebem vomitiones moliri ſcribit *Lobelius.*

C. Naſturtium aquaticum *Offic.* aquaticum vulgare *Park.* aquat. ſupinum *C. B.* aquat. ſive Cratevæ Sium *Ger.* Siſymbrium Cardamine, ſive Naſturtium aquatic. *J. B. Water-creſſes.*

N. 1. Specificum eſt contra Scorbutum. Ad calculum vaſere creditur, urinam ciet, menſes educit, hydropicos juvat.

2. Septentrionales in quadrageno veris jejunio multum in acetariis vorant ad ſanguinem purgandum: Matronæ nobiles juſcula ex eo conficiunt, ut de Hippoſelini & Urticarum foliis tenellis primò erumpentibus in eundem uſum.

Naſturtium aquaticum amarum *Park.* & aquat. Italicum *ejuſdem.* aquat. 2, ſive majus & amarum *C. B.* & aquat. 3, ſive aquat. erectum folio longiore *ejuſdem.* Sium Matthioli & Italorum *Ger. Lob.* Siſymbrium Cardamine ſive Naſturtium aquat. flore majore elatius *J. B. Bitter Creſſes. I have obſerved this Creſſe in boggy and watery places, near Darking in Surrey, Braintree in Eſſex, and Middleton in Warwick-ſhire.* Quòd Naſturtium aquat. 2 & 3 *C. B.* idem facio, in eo J. Bauhinum ſequor, cui plurimum tribuo.

Naſturtium pratenſe, *v.* Cardamine; hybernum, *v.* Barbarea; verrucoſum, *v.* Coronopus Ruel.

Nepeta vulgaris, *v.* Mentha Cattaria.

Nigellaſtrum, *v.* Pſeudomelanthium.

Nidus avis, *v.* Satyrion abortivum.

C. Nummularia *Ger.* vulgaris *Park.* major lutea *C. B.*

Num. ſive Centimorbia *J. B. Money-wort, or Herb-two-pence.* In foſſis & pratis humidis.

N. Sicca eſt & aſtringens, vulneraria è præcipuis. Uſus in pulmonum exulcerationibus, venis ruptis, in fluxu quocunque, diarrhœâ, dyſenteriâ, hæmoptoiſi, menſibus, &c. Commendatur & in Scorbuto, herniiſque omnis generis. *Schrod.*

C. Nummularia minor flore purpuraſcente *C. B. Ger. emac. Park.* Nummularia rubra *J. B. Small purple-flowred Money-wort.* In paluſtribus.

Nux veſicaria, *v.* Staphylodendron.

C. Nymphæa alba *Ger. J. B.* alba major *C. B.* alba major vulgaris *Park. Great white Water-Lily.* In fluviis. Florem habet plenum.

C. Nymphæa lutea *Ger. J. B.* major lutea *C. B. Park.* Nenuphar luteum *Brunf. The great yellow Water-Lily.* Cum priore.

C. Nymphæa lutea minor flore fimbriato *J. B.* lutea 4, ſive lutea minor flore fimbriato *C. B. The leſſer yellow Water-Lily, with a fringed flower. In many Rivers, eſpecially about the Fens in the Iſle of Ely.*

C. Nymphæa alba minima *C. B.* alba minima ſive Morſus ranæ *Park.* minor, ſive Morſus ranæ *J. B.* Morſus ranæ *Ger. The leaſt white Water-Lily, or Frog-bit.* In aquis pigrioribus.

C. Nymphæa alba minima flore pleno odorato. *Double-flower'd ſweet Frog-bit. In a ditch by the ſide of Audry Cauſſey cloſe, by the great wooden Bridge, plentifully.*

His addit Lobelius, & ex eo Gerardus, Parkinſonus, aliique, Nymphæam luteam minorem, quam juxta amœniſſima Thameſis fluenta in udis ſcrobibus frequentem ſcribit. Item Nymphæam albam minorem, quam in Anglia viâ quæ Londino Oxonium & Briſtoliam ducit, ſecus & trans aquas viarum pigriores minúſque profundas reperiri aſſerit. Ego & amici diu utramque fruſtra quæſivimus, tantùm abeſt ut ſint frequentes in Anglia. Gratus ero ei qui mihi utramvis oſtenderit.

N. 1. Nym-

N. 1. Nymphææ radix, folia, flores, ſemen, in uſu ſunt adverſus fluxus, præcipuè verò gonorrhœam & pollutiones nocturnas; ſeminis acrimoniam, ſanguinis æſtum & tenuitatem. Extrinſecùs ſæpe adhibentur folia & flores ad febriles æſtus & vigilias ſopiendas.

2. Multi ab hujus plantæ uſu cavent, eo timore nè iis coeundi tùm vires, tum deſiderium minuantur. Compertum enim aiunt, uſum ſeminis atque radicis homines reddere ad Venerem valdè frigidos & tardos.

3. Radix Nymphææ candidæ vino nigro decocta & pota menſium muliebrium abundantiam ſiſtit efficaci remedio, etiam iis quæ de omni auxilio deſperârunt. Idem de ſemine intellige. *Trag.*

O

OCulus Chriſti, *v.* Horminum ſylveſtre.
Ocymum Cereale, *v.* Fegopyrum.
Oenanthe vulgaris, *v.* Filipendula.
C. Oenanthe aquatica *C. B.* Filipendula aquatica *Ger.* aquatica 1, ſeu major *Park.* Oenanthe ſive Filipendula aquat. *J. B. Water Drop-wort.* In pratis humidis, & ad rivulos ubique ferè. Quæ de viribus hujus plantæ traduntur, quòd ſc. urinas ciear & arenulas pellat, pro incertis & ſuſpectis habeo.
Oenanthe cicutæ facie Lobelii *Park.* Chærephylli foliis *C. B.* ſucco viroſo, cicutæ facie Lobelio *J. B.* Filipendula Cicutæ facie *Ger. Hemlock-Dropwort.* Ad rivulos, non in Septentrionalibus duntaxat Angliæ, Weſtmorlandia ſc. & Eboracenſi comitatu, ſed & in Meridionalibus, Surreiâ, Suſſexiâ, &c.

N. 1. Radices hujus plantæ venenoſas eſſe contendit

Lobelius, idque ex relatione Septentrionalium quorundam Angliæ populorum. Uſos namque in aceratiis nonnullos morti proximos factos, alios vertigine tenebricoſa nutantes, palantes, attonitos, inque gyrum ſe verſantes viſos.

2. Inexcuſabilis eſt (inquit Johnſonus) quorundam noſtris temporibus ignorantia, qui radices hujus herbæ Pæoniæ radicum loco coemunt & divendunt. Quin ſibi compertum affirmat, mulierculas rhizotomas & botanopolas Londinenſes radices haſce ſub nomine *Leviſtici aquatici* vendere. An adeò venenatæ ſint & malignæ hujus plantæ radices nonnullos dubitare video: Ego ulteriori examini relinquo.

C. Onobrychis ſive Caput gallinaceum *Ger.* vulgaris *Park.* foliis viciæ, fructu echinato major *C. B. Medick-Vetchling, or Cockshead. On Gogmagog-hills, and the balks of the corn-fields thereabout; and, it's ſaid, on Salisbury Plain.* Hæc eſt quam nonnulli apud nos ferunt pro jumentorum pabulo, ſemine è Gallia petito, ſub titulo *Sainct foin*, i. e. Fœni ſancti, maximo ſuo emolumento. Multam enim ex ejus eſu vaccis & cæteris animalibus lactis copiam contingere compertum eſt; unde *Polygalon* & meritò Geſnero dicitur. Prætereà ſolo gaudet ſterili & cretaceo aut ſicciore, nec Graminis neque frumenti admodum feracis; & ſemel ſata in multos annos durat.

Ononis, *v.* Anonis.

C. Ophioglosſum *Ger. J. B.* Ophioglosſum ſive Lingua ſerpentina *Park.* Oph. I, ſive vulgatum *C. B. Adders tongue.* In pratis humidis.

N. 1. Vulnerarium eſt inſigne, tum intùs ſumptum in potionibus, tum extrinſecùs applicatum. Conficitur ex eo oleum, foliis cum oleo olivarum diutiùs maceratis, ad omnia vulnera & ulcera commendatiſſimum, nec inferius oleo Hyperici.

2. Pulverem aliquot diebus exhibitum ramices omnes curare poſſe affirmat Baptiſta Sardus.

Ophrys,

Ophrys, *v.* Bifolium.

Orchis abortiva ruffa, ſive Nidus avis *Park.* Satyrion abortivum ſive Nidus Avis *Ger.* Orchis abortiva I, ſive fuſca *C. B.* Orobanche affinis Nidus avis *J. B. Miſhapen Orchis, or Birds-neſt-* In ſylvis & opacis inveni tum in Cantio propè *Maydſton*, tum in Suffolcia non longè ab Aldeburgo.

† Orchis abortiva 2 ſive violacea *C. B.* Nidus avis flore & caule purpureo violaceo colore, an Pſeudolimodoron Cluſii *Ger. emac* ? Nidus avis purpurea *Park.* Orobanche & Nido avis affine Pſeudolimodoron Auſtriacum violaceum *J. B. Purple Birds-neſt. This was found by Mr. Goodyer, in a field called Marborn, near Habridge in Haliborn, a mile from Alton in Hampſhire. Theſe Plants ſeldom grow many together in the ſame place,*

† Orchis arachnitis *Ger. Park.* ſerapias 17, ſive Araneum referens *C. B. The Spider-Orchis. In an old ſtone-pit-ground, hard by Walcot, a mile from Barneck.* Dr. Bowles. *Alſo about Letherhead in Surrey, and Northfleet in Kent.*

† Orchis barbata fœtida *J. B.* Tragorchis maximus & Trag. mas *Ger.* Trag. maxima & Tr. vulgaris *Park.* Orchis fœtida 1, ſeu barbata odore hirci, breviore latioréque folio *C. B.* itémque 2, ſeu odore hirci, longiore anguſtioréque folio *ejuſdem.* Nam J. Bauhinus has duas non diſtinguit. *The Lizard-flower, or great Goats-ſtones. In the road that leads from Crayford to Derford in Kent. Dr. Bowles.* Hæ duæ plantæ mihi nondum in Anglia conſpectæ: ſuſpicor eos per Orchin Arachnit. noſtram Sphegoden hirſuto flore intelligere.

Orchis galeâ & alis ferè cinereis *J. B.* Cynoſorchis latifolia hiante cucullo minor *C. B.* Cynoſorchis altera *Dod.* de floribus, ubi bona habetur deſcriptio. Cynoſorchis major altera *Ger.* latifolia minor *Park. The Man-Orchis. On the hills by the River Thames, near Cawſham-Bridge, a mile from Reading; and on ſeveral other hills on the other ſide the water, towards Wallingford. Firſt obſerved by* Mr. Brown.

C. Orchis lilifolius minor ſabuletorum Zelandiæ & Batauiæ *J. B.* Monorchis 9, ſive Chamæorchis lilifolia *C. B.* Chamæorchis latifolia Zelandiæ *Park. Dwarf-Orchis of Zealand. On the watery places of Hinton and Teverſham Moors.*

C. Orchis morio mas foliis maculatis *Park. C. B.* Cynoſorchis morio mas *Ger. emac.* Orchis major, tota purpurea, maculoſo folio *J. B. The Male Fools-ſtones.* Floret omnium quæ apud nos ſponte oriuntur prima, circa finem ſc. Aprilis: color floris plerumque eſt purpureus, rariùs carneus aut albus.

C. Orchis morio fœmina *Park.* morio 4, ſive fœmina *C. B.* minor purpurea & aliorum colorum, cum alis virentibus *J. B.* Cynoſorchis morio fœmina *Ger. The Female Fools-ſtones.* Multùm variat floris colore, ſemper tamen reperitur alis virentibus lineis ſtriatis. In paſcuis.

C. Orchis myodes *Ger.* myodes major an minor *Park.* myodes galeâ & alis herbidis *J. B.* Orchis Serapias XI, ſive muſcæ corpus referens minor, vel galeâ & alis herbidis *C. B. Flie-Orchis. In a Cloſe next to Teverſham-moor, and on the banks of the Devils ditch, near Newmarket: at Badingham in Suffolk,* &c. Elegantiſſimum eſt hoc genus Orchidis.

C. Orchis palmata major mas, ſive Palma Chriſti mas *Park.* palmata non maculata *J. B.* palmata I, ſive pratenſis latifolia longis calcaribus *C. B.* cur addit longis calcaribus? Palma Chriſti mas *Ger. The great male handed Orchis, or male Satyrion-Royal.* In pratis humidis. Magnitudine, ſpicæ longitudine & colore inſigniter variat.

C. Orchis palmata fœmina, ſive Palma Chriſti fœmina maculato folio *Park.* palmata ſpecioſiore thyrſo, folio maculato *J. B.* palmata 3, ſive palmata pratenſis maculata *C. B.* Palma Chriſti fœmina *Ger. The female-handed Orchis, or female Satyrion-Royal.* In pratis & ſylvis humidis. Hæc quoque magnitudine, ſpicæ longitudine,

dine, & florum colore non minùs variat quàm præcedens.

C. Orchis palmata rubella cum longis calcaribus rubellis *J. B.* palmata minor flore rubro *Park.* palmata V, sive palmata minor calcaribus oblongis *C. B.* Serapias minor nitente flore *Ger. Red handed Orchis, with long spurs.* In pratis frequens. Hæ tres species proximè traditæ, floris colore non rarò variant.

C. Orchis palmata flore viridi *Park. C. B. Handed Orchis with a green flower.* In pascuis, v. *C. C.* Hanc à nonnullis batrachiten dici intelligo, éstque, ni fallor, Serapias batrachites altera *Ger. emac.*

C. Orchis sive Cynosorchis minor Pannonica *Ger.* militaris Pannonica *Park.* parvis floribus, multis punctis notatis, an Clusio Orchis Pannonica quarta *J. B ?* Cynosorchis militaris 6, sive militaris pratensis humilior *C. B. Little purple-flowered Orchis. On Gogmagog-hills, Newmarket and Royston-heaths, Cawsham-hills by the Thames-side near Reading, plentifully.*

C. Orchis sive Cynosorchis purpurea spicâ congestâ pyramidali. An Orchis parvo flore rubro sive phœniceo *J. B.* militaris media *C. B ?* flore rubro elegantissimo *Clus. Purple late-flowering Orchis.* In pascuis siccioribus & cretaceis. Floret mense Julio, omnium excepta triorchide postrema.

C. Orchis pusilla odorata *Park.* parva autumnalis lutea *J. B.* odorata moschata, sive Monorchis *C. B. The sweet yellow or musk Orchis. In the Chalk-pit close at Cherry-hinton, and in some pits not far thence about Gogmagog-hills, and on the foresaid Cawsham-hill, plentifully.*

Orchis pusilla alba odorata, radice palmatâ. *white handed Musk-Orchis. This we found on the back of Snowdon-hill, by the way leading from Llanberis to Carnarvan.*

C. Orchis Serapias bifolia vel trifolia minor *Park.* hermaphroditica *Ger.* alba calcari oblongo *J. B.* Serapias 3, sive alba bifolia minor calcare oblongo *C. B.* Si quis hanc cum Orchide trifolia majore eandem velit, facilè

facilè assentiemur *C. B. Butter-flie-Satyrion.* In sylvis & dumetis.

C. Orchis Sphegodes sive fucum referens *Park.* fuciflora galeâ & alis purpurascentibus *J. B.* Serapias 7, sive fucum referens major foliolis superioribus candidis & purpurascentibus *C. B.* Orchis sive Testiculus vulpinus 2 Sphegodes *Ger. Common Humble-Bee-Satyrion.* In pascuis, Junio mense floret.

C. Orchis sive Testiculus Sphegodes hirsuto flore *J. B.* Serapias 9, sive Fucum referens colore rubiginoso *C. B. Humble Bee Satyrion, with green wings. In an old Gravel-pit in the open field near great Shelford in Cambridgeshire. This flowers a moneth earlier than the precedent.*

Hanc esse suspicor quam Herbarii nostrates Orchin Arachnitidem appellant.

C. Orchis spiralis alba odorata *J. B.* Triorchis *Ger.* Triorchis alba odorata minor & major *Park. C. B. Triple Ladies-traces.* In pascuis sterilioribus, quamplurimis Angliæ in locis.

N. 1. Radices omnium Satyriorum ad Venerem stimulos addunt segnioribus, si Botanicis fides. Verùm aridæ & marcidæ Venerem inhibere dicuntur. Radices tusæ & illitæ inflammationes leniunt, tumores discutiunt, ulcera fluentia purgant sanántque veluti Aron & Dracunculus major *J. B.*

2. Præter hasce à nobis observatas, & alias aliquammultas Orchidum species in Anglia spontaneas reperiri tradunt; v. g. Orchidem Melittiada, *in chalky holes on Banſted-downs in Surrey.* Orchin myoden flore coccineo, *in Swans-comb-wood P. B.* &c. Consule Pinacem D. *Merrett.*

C. Origānum vulgare spontaneum *J. B.* Anglicum *Ger.* sylvestre, Cunila bubula Plinii *C. B.* Majorana sylvestris *Park. English wild Marjoram.* In dumetis & ad sepes.

N. Absterget & astringit. Usus præcip. in obstructione pulmonum, hepatis ac uteri, & hinc in tussi, asthmate,

asthmate, ictero: auget lac, ichorosa excrementa per sudorem expellit. Extrinsecùs usu venit crebriore, eóque in balneis uterinis, cephalicis, totius corporis (contra scabiem) *Schrod.*

Ornithogălum angustifolium majus floribus ex albo virescentibus *C. B.* Asphodelus bulbosus *Ger.* Asphodelus bulbosus Dodonæi, sive Ornithogalum spicatum flore virente *J. B. Spiked Star of Bethlehem, with a greenish flower.* Hanc plantam in Anglia spontaneam nondum vidimus, sed habemus ex relatione *Th. Willisell* provenire eam in colle quodam tribus cis Bristoliam miliaribus, inter vepres viâ qua inde Bathoniam itur.

Ornithogălum luteum *C. B. Park.* luteum, sive Cæpe agraria *Ger.* Bulbus sylvestris Fuchsii flore luteo, sive Ornithogalum luteum *J. B. Yellow Star of Bethlehem. In the Woods about Greta-bridge and Brignel near the River Tees in the Northern part of York-shire. Mr. Johnson.*

C. Ornithopodium minus *Ger. Park. C. B Small Birds-foot.* In arenosis agris & collibus, variis in locis.

C. Orobanche sive Rapum genistæ *Ger. Park.* Or. flore majore *J. B.* major, garyophyllum olens *C. B. Broom-Rape.* Ad radices genistæ, interdum & inter segetes.

N. Herba condita aut syrupus quî ex ejus decocto fit ad splenicos & hypochondriacos affectus usûs est eximii. Unguentum ex eodem cum Axungia ad tumores duros & scirrhosos. *D. Bowle.*

Orobus sylvaticus nostras. *Radice* nititur crassa, lignosa, perpetua, sapore leguminoso; unde *caules* exoriuntur numerosi, pedales aut cubitales, hirsuti, striati, ramosi, in terram reclinati quamvis satis rigidi sint. *Folia* viciæ vulgaris minora, ad eandem costam adnexa ad 7 aut 8 paria, nullo in extremo neque impari folio neque clavicula, supernè obscurè viridia, infernè glauca. *Flores* 6 aut 7 atque etiam plures in eodem communi pediculo, figurâ suâ ad *viciæ sylv. multifloræ* aut *Glycyrrhiza sylv.* flores accedunt, è tenui pediculo pariter

riter dependentes, colore exteriùs ſubrubente, interiùs albo purpureis lineis ſtriato. *Siliquæ* breves latæ glabræ, duo vel tria, rariùs plura ſemina compreſſa parva viridiuſcula continent. *At Gamblesby in Cumberland about 6 miles from Pereth in the way to Newcaſtle, in the hedges and paſtures plentifully: as alſo below Brecknock hills in the way to Caerdyff, and in Merionethſhire not far from Bala.*

C. Oxyacantha *Hermolao*, Berberis *Park.* I, ſeu dumetorum *C. B.* Berberis vulgò quæ & Oxyacantha putata *J. B.* Spina acida ſive Oxyacantha *Ger. Barberries, and in Eſſex and Suffolk, Pipperidges. About Audley-end by the way-ſide, and in the hedges near Saffron-Walden.*

N. 1. Baccæ refrigerant & aſtringunt, appetitum excitant, ventriculum roborant. Proinde cum Saccharo conditæ uſûs ſunt frequentiſſimi in morbis ubi refrigeratione & adſtrictione opus eſt, quales ſunt diarrhœa, dyſenteria, &c. *Schrod.*

2. Cortex radicum medicamentis adverſus ictterum admiſcetur, non ſine ſucceſſu *Ger. emac.* in lixivio maceratus flavo colore tingit.

3. Vinum album tenue, in quo medianus ille cortex Berberis, qui inter extimum & ligno adhærentem eſt, lineo panniculo involutus per trium horarum ſpatium maceratus fuerit, mirificè ſi bibatur purgare, pro ſecreto Cluſio communicatum eſt: in ictero ſanando experientiâ noſtrâ principatum obtinet.

C. Oxyacanthus *Ger.* Oxyacantha vulgaris ſive Spinus albus *J. B.* Spina appendix vulgaris *Park.* Meſpilus Apii foliis ſylveſtris ſpinoſa ſive Oxyacantha *C. B. The White-thorn, or Haw-thorn-tree.*

N. 1. Quæ de hujus fructûs viribus referunt Tragus & Schwenckf. quòd ſc. aſtringit & fluxus ſiſtit, non probat *J. B.* neque è contra aſſentitur Anguillaræ, qui aſſerit eum fluxus provocare. Verùm tum aqua ejus deſtillata, tum ſiccati pulvis calculoſis prodeſſe traditur, magno Botanicorum conſenſu.

2. Lig-

2. Lignum ejus ad tornum expetitur, éſtque Buxo ſecundum. Arbuſcula hæc ad vivas ſepes utiliſſima eſt, tum ob denſitatem ramorum & acutiſſimas ſpinas, tum etiam quòd frigoris patientiſſima ſit: commodum locum nacta, ſi permittatur, in proceram & juſtæ magnitudinis arborem adoleſcet.

P

PAlma Chriſti, *v.* Orchis palmata.
Paludapium, *v.* Apium paluſtre.
Panax coloni *Ger. v.* Sideritis Anglica.
C. Papāver corniculatum violaceum *J. B. Park. C. B.* cornutum flore violaceo *Ger. Violet-coloured horned Poppy.* In agro Cantabrigienſi inter ſegetes, *between Swaſham and Burwel.*
Papāver corniculatum luteum *J. B. Park.* cornutum flore luteo *Ger.* corniculatum luteum, κεραίτης Dioſc. Theoph. ſylv. ceratitis Plinio *C. B. Yellow horned Poppy.* In litoribus maris arenoſis.
C. Papāver rhœas *Ger.* erraticum rhœas ſive ſylveſtre *Park.* erraticum rubrum campeſtre *J. B.* X, ſive erraticum majus ῥοιὰς Dioſc. Theophr. & Plinio *C. B.* Flos pleuriticus *Cat. Altd. Red Poppy, Corn-Roſe.* Inter ſegetes.

N. 1. Aquam deſtillatam florum ſi eorundem colore phœniceo tinctam deſideras, cùm Aqua inter deſtillandum in vas recipiens incipit deſſuere, ſublato Alembici capitello, in ejus roſtrum florum manipulum injicias, qui ob humorem roridum roſtri lateribus adhæreſcentes inibi manebunt. Reponatur deinde capitellum: Aqua deſtillata elegantem Rubini colorem contrahet.

contrahet. Hoc modo aliorum quoque florum aquæ deſtillatæ eorundem coloribus imbui poſſunt. *D. Hulſe.*

2. Hujus flores refrigerant validè, ſomnum conciliant, dolorem ſedant, Uſus præcip. in febribus, pleuriſi, (cui ſpecificè proſunt) angina, aliiſque morbis (imprimis pectoris) refrigeratione opus habentibus. In inordinato menſium fluore (infuſ. florum in ſpiritu vini) Extrinſecùs ſunt qui herbâ hepati impoſitâ hæmorrhagiam narium ſiſtere conantur, quam vim & radici adſcribunt. In uſu ſunt pulvis florum, aqua ſtillatitia, ſyrupus & conſerva eorundem. *Schrod.*

C. Papāver ſpontaneum ſylveſtre *Ger. emac.* 3, ſive vulgare cujus capitula foraminibus fiant, ſemine incano ἀγελώτερον *C. B. wild Poppy.*

N. 1. Succus papaveris inſpiſſatus Opium dicitur: eſt autem ſuccus ille qui ſponte emanat vulnere in capite facto; nam qui è tuſo papavere exprimitur Meconium appellatur.

2. Eſt autem tum aqua Papaveris deſtillata, tum oleum, tum maximè Opium narcoticum & anodynum, ſoporem utique conciliat, & ſenſum doloris aufert. Hoc efficit non frigiditate ſua (ſiquidem ſapor amarus, viroſus odor, inflammabilitas & vis exulcerandi planè contrarium arguunt) ſed qualitate hactenus incomperta. Usûs eſt eximii in diarrhœa, dyſenteria, catarrhis, tuſſi. Verùm in eo ſumendo ſumma cautio adhibenda eſt.

3. Turcæ, Perſæ, aliæque gentes Orientales eo hodie utuntur ad ſpiritus recreandos, addendos animos, audaciámque in bellicis conflictibus augendam: inebriat enim non ſecùs ac vinum & alii generoſi liquores. Uſu quotidiano adeò familiare iis factum eſt, ut integram drachmam unâ vice innoxiè devorent.

4. Hujus ſemen olim ut ex Dioſcor. Plinio & Apuleio liquet in ſanitatis uſum compinſebatur panibus, quod & nos etiam novimus ab aliquibus factitatum. *Gaſſend.*

Gassend. Scribit Matthiolus gentes Alpinas quæ Tridentinas valles, Stiriam, superiorémque Austriam incolunt, semine Papaveris placentulis misto vesci, oleóque expresso in cibis continuè uti, nec tamen ob id veternosos fieri, aut diuturniore somno capi. Utcunque usum ejus sine necessitate nemini inassueto consulerem. Sistit enim spirituum motum, & in morbis acutis coctionem impedit, adeóque materiæ peccantis separationem & sanguinis depurationem.

Potissima verò causa cur gentes Orientales Opium assiduè ingerunt, est ad appetitus venereos excitandos, ut in privatis colloquiis iis fatentur quibus familiariùs utuntur. Ex Opio (inquit *Joh. Jacobus Saar*, novennali *Indiæ* peregrinatione celebris, in *Itinerar. Ind. Orient.* p. 11.) parant Indi electuarium, quo Chinenses utuntur ad excitandam Venerem, cujus usu adeò Veneris œstro irritantur, ut per totam noctem Veneri litent, sæpe ausugientibus, nec ulteriorem vim sustinentibus Scortis. Apud Persas & Indos ad eosdem usus crebrò adhiberi Opium testis est Olearius in *Itinerar. Persic.* l. V. cap. 15, & 18. Et cùm Mandelslo apud Cham in urbe Amadabat convivio interesset, variæ oblatæ fuerunt præparationes Opii in cista aurea, de qua convivæ ad Venerem excitandam sumpserunt. *Ephemer. Germ. Ann.* 2 *obser.* 69. Ubi etiam D. Sachsius plurimorum testimonio sibi relatum narrat, quòd post pugnam in Hungaria ad *Levenz* oppidum commissum Christiani milites Turcas occisos spoliantes, pleroſque erectâ hastâ & Priapismo fœdatos invenerunt, quod ex sumptione opii ante prælium proculdubio contigit. Quod vere Sachsius Opium in quibusdam, puta Orientalibus, ob diversitatem temperamentorum, Venerem stimulare existimat, in aliis verò, ut Occidentalibus aut Septentrionalibus, eandem frænare, mihi non probatur; in utrisque enim stimulare suspicor, quamvis me nondum experimentum feciſſe fateor.

Papaver

papaver ſpumeum, *v.* Behen album.

Paralyſis, *v.* Primula veris.

C. Parietaria *Ger. J. B.* vulgaris *Park.* I, ſive Officinarum & Dioſcoridis *C. B.* Helxine *Dod. Pellitory of the Wall.* In muris & locis ruderatis.

N. 1. Abſtergit & leviter adſtringit, refrigerátque. Uſus internus rarior eſt, ſunt tamen qui ad tuſſim eam commendant, calculoſisque & iis qui urinæ difficultate laborant, ſuccum ejus utiliter propinari dicunt. Multi hodie usûs in enematibus ad ventris, uteri & renum dolores. Extrinſecùs ad tumores, eryſipelata, ambuſta, &c. conducit. Ejuſdem tuſæ & impoſitæ vis magna ad recentia vulnera ſananda.

2. Salem nitro-ſulphureum præbet hæc herba, non ſecus ac Borago & Bugloſſum. *D. Boyl. De util. Philoſ. Nat.* Oſtendit mihi D. *Fiſher*, cùm *Sheffeldiæ* eſſem, Anno 1668, ſpiritum ſalinum ſpiritui urinæ non abſimilem, è plantis nonnullis ſine additione fermentatis extractum; & affirmavit ſe poſſe ex omnibus ferè plantis ejuſmodi ſpiritum elicere.

3. Herbæ exiccatæ pulvis, vel melle exceptus, vel in cereviſia aut zythogalo potus, ad tuſſim inveteratam & tabem pulmonum mirificè conducit, experientia teſte; quin & à Veteribus adversùs tuſſim & aſthma exhiberi ſolet. Idem efficit vel decoctum ejus in vino aut aqua mulſa, vel aqua deſtillata: verùm pulvis efficacior eſt.

C. Paronychia vulgaris *Ger.* vulgaris Alſines folio *Park.* Burſa paſtoris foliis integris, loculis oblongis 2, ſive minor loculo oblongo *C. B.* paſtoria minima oblongis ſiliquis, ſive Verna loculo oblongo *J. B. Chickweed-whitlow-graſs.* Ubique ferè in ſiccioribus. Martio menſe floret. Hujus pleniſſima & accurata deſcriptio, cuique vix quicquam addi poteſt, niſi quòd caules foliis nudi ſint, habetur apud *J. B. tom.* 2. *pag.* 937.

C. Paronychia rutaceo folio *Ger.* foliis inciſis *Park.* Sedum foliis laciniatis 6, ſeu tridactylites tectorum *C. B.* Tridactylites

dactyllites tectorum flore albo *J. B.* In muris, tectis & ficcioribus. *Rue-Whitlow-grass.*

N. 1. Herba infusa in cerevisia tenui seu leptomera, & per aliquot dies pota, absque ulla evacuatione sensibili scrophulis medetur, humorem noxium absumendo, dolores mitigando, tumores duros discutiendo, & ulcerosos exiccando. *D. Boyl.* de *utilitate Philosoph. Nat. ad Medic.* p. 203.

2. ℞. Paronychiæ manip. ß. cum farina & ovo in sartagine frigatur, sine oleo tamen aut butyro. Manè sumat ægróta jejuno ventriculo duabus vicibus. Fluorem album potenter restringit. *Scipionis Mercurii La Conara* Italicè scriptâ, lib. 3. cap. 11.

C. Parthenium *Matth.* I, sive Matricaria vulgaris *C. B.* Matricaria *Ger.* Matricaria vulgò, minus Parthenium *J. B.* Matricaria vulgaris *Park. Feverfew.* Locis gaudet ruderatis.

N. 1. Ad uterinos affectus non parùm confert, ut vel nomen ipsius arguit, decoctum & potum; menses & secundas remorantes, uteri suffocationem, &c.

2. Quæcunque amara possunt utiliter præstat: ventris tineas expellit vel herba ipsa, vel succus ejus expressus, non secùs ac Centaurium aut Absinthium.

C. Pastinâca latifolia sativa *Ger. Park. C. B.* sativa latifolia Germanica flore luteo *J. B. Common Garden Parsnep.* Seritur in agris, & hortis.

N. Radix multum nutrit, éstque palato gratissima, nonnihil tamen flatulenta, corpus pinguefacit, & Veneris incentiva creditur. Incidendi, attenuandi, detergendi, obstructiones aperiendi facultatem inesse, odor sapórque demonstrant. *J. B.*

Pastinâca sylvestris, *v.* Elaphoboscum & Daucus.

C. Pastinâca sativa tenuifolia *Ger.* tenuifolia sativa lutea *Park.* V, seu tenuifolia sativa, radice lutea vel alba *C. B.* sativa, sive Carota lutea & alba *J. B. Yellow and white-rooted Carrot.* Seritur in agris.

N. Seminis & herbæ eædem vires quæ Dauci Officinarum.

narum. Specificum habetur ad uteri ſuffocationem, *Schrod.* Radices culinariæ ſunt, decoctæ teſſellatim inciduntur, cúmque butyro, pipere & ſale conditæ eſitantur. Nonnihil flatulentæ ſunt, ventrem tamen emollire creduntur, & tuſſi conferre.

C. Paſtināca ſativa atro-rubens *Ger. emac.* ſativa altera tenuifolia atro-rubens *Park.* 6, ſeu tenuifolia ſativa radice atro-rubente *C. B.* ſativa, ſive Carota rubra *J. B. Red-rooted Carrot.* Cum priore, ſed rariùs.

N. Radix tenuiſſimè conciſa, & in aceto acerrimo, cum modico aluminis rupei decocta ad $\frac{1}{4}$ conſumptionem, coletur, ſinatúrque inſpiſſari & exiccari; fiet maſſa coloris purpurei *pavonazzo* Italis dicti, quæ molendo cum aqua gummata ſoluta dabit atramentum purpureum optimum. *Canepar. de Atramentis.*

C. Pecten Veneris *J. B.* Scandix vulgaris ſive Pecten Veneris *Park.* Veneris, ſive Scandix *Ger.* Scandix ſemine roſtrato vulgaris *C. B. Venus-comb, Shepherds-needle.* Inter ſegetes.

N. Hujus plantæ vix ullus hodie in medicina uſus. Olim teneram adhuc crudam vel coctam eſitabant cum oleo aut butyro. Ventriculum roborare & remorantem urinam provocare dicitur.

C. Pediculāris ſive Criſta galli lutea *Park.* 6, ſive pratenſis lutea, vel Criſta galli *C. B.* Criſta galli *Ger.* galli fœmina *J. B. Yellow-rattle, or Cocks-comb.* In paſcuis. Duas hujus plantæ ſpecies ſeu varietates in tranſmarinis, circa Genevam obſervavi; in Angliæ unam duntaxat nimirum fœminam *J. B.*

C. Pediculāris pratenſis rubra vulgaris *Park.* V, ſive pratenſis purpurea *C. B.* Pedicularis *Ger.* Pedicularis, quibuſdam Criſta galli, flore rubro *J. B. Red-Rattle.* In paſcuis & ericetis humidioribus.

C. Pediculāris paluſtris rubra elatior. *Great Red-Rattle, or Louſewort.* Hæc præcedente plus duplo major eſt & elatior, caulibus firmis, erectis: differt quoque & floris calycibus (quæ in hac ſubhirſutæ ſunt minúſque turgidæ

turgidæ quàm in illa) & ipſis etiam ſeminibus. An pedicularia campeſtris prior ſpecies *Tragi?*

N. Hujus herba inter cætera pabula à pecoribus devorata, pediculorum in illis ingentem procreat copiam quo morbo vix tandem citra magnum periculum liberantur. *Trag.*

Pentaphyllum incanum repens Alpinum *Park.* Quinquefolium minus repens Alpinum aureum *C. B.* minus flore aureo *Ger. emac.* Alpinum ſplendens flore aureo *J. B. Small golden-flower'd Cinquefoil.* Attulit ad nos Th. Williſellus Pentaphylli genus parvum proveniens in paſcuis circa *Kippax* agri Eboracenſis vicum 3. m. Pontefracto verſus Septentrionem diſtantem, huic quantum ex ſicco conjicere licuit bene reſpondens.

C. Pentaphyllum rubrum paluſtre *Ger.* Pentaph. vel potiùs Heptaphyllum flore rubro *J. B.* Quinquefolium erectum 6, ſive paluſtre rubrum *C. B. Purple Marſh-Cinquefoil. It groweth on boggy grounds in many places of England. In Cambridge-ſhire on the boggy ground beyond Gamlingay, near Sir Rog. Burgoyns Park.*

C. Pentaphyllum erectum foliis profundè ſectis, ſubtus argenteis, flore luteo *J. B.* rectum minus *Park.* Quinquefolium erectum I, ſive erectum folio argenteo *C. B.* Quinquefolium Tormentillæ facie *Ger. Tormentil-Cinquefoil.* In arenoſis aut glareoſis paſcuis, ſed rariùs; nonnunquam etiam in muris.

C. Pentaphyllum vulgatiſſimum *Park.* Pent. ſive Quinquefolium vulgare repens *J. B.* Quinquefolium vulgare *Ger.* luteo flore I. ſive majus repens *C. B. Common Cinquefoil, or five-leaved graſs.*

N. Vulnerarium eſt & aſtringens; ſiſtit fluxus alvi & hæmorrhoidum nariúmque hæmorrhagiam. Utile eſt in expuitione ſanguinis & tuſſi. Commendatur etiam ad paralyſin, phthiſin, arthritidem, icterum. Prodeſſe dicitur & in calculo & eroſione renum, in hernia & febribus. Extrinſecùs in oculis inflammatis [ſuccus inſtillatus] in oris putredine, laxitate dentium: abſter-

git etiam ulcera maligna. *Schrod.* Præcipuè notanda est vis ejus adstrictoria, quâ mediante agit quicquid agit.

2. Pulvis radicis drachmæ unius pondere sumptus paulò ante paroxysmum in febribus intermittentibus, præsertim tertiana, insigne febrifugum est. D. *Needham* ex relatione D. *Ballard.*

3. Pentaphylloides fruticosum. *Tree or Shrub Cinquefoil.*

Tota planta castaneo est colore (exceptis foliis & floribus) gustu subdulci, ligno solido. Radix ei fibrosa, undique juxta caulem turiones emittens: Caulis bipedalis aut altior, in plurimos ramos & surculos divisus; per quos ad singulos pollices pediculi semunciales alterno ordine extant, è quorum summitatibus folia densim producuntur, subtus lanuginosa, supernè glabra, viridia, quodammodo pennata, è pinnulis oblongis septenis, rariùs quinis, compositis; ità dispositis, ut ex uno quasi centro quaternæ, ex altero (sc. superiore) ternæ prodire videantur. Flores lutei, ampli, pentapetali, unguibus tenuibus adhærescentes, adeò ut citò decidant, novis tamen indies succrescentibus per totam æstatem. Calix Pentaphyllorum more è quinque, (quandoque sex) foliis lanuginosis, acuminatis constat, interpositis etiam aliis tenuioribus. Semina aut prorsus nulla aut saltem inconspicua; nec quicquam post exactos flores præter brevem quandam lanuginem multis staminibus interspersis reperies. Caulis singulis annis, (nè dicam sæpiùs) cuticulam seu corticem exteriorem exuit; adeò ut eodem tempore eidem cauli vel senas, vel fortasse etiam denas diversarum cuticularum lacinias adhærentes conspicias.

Reperitur ad ripam Meridionalem *Tees* fluvii, infra vicum *Thorp* dictum, variis in locis nec minùs infra cœnobium Athelstani, vulgo *Eggleston-Abbey*, in agro Eboracensi. Hanc plantam primus observavit, nobisque

que oſtendit, & deſcriptionem ejus à ſe elaboratam communicavit D. Johnſon Eboracenſis.

C. Peplus ſive Eſula rotunda *C. B. Ger. J. B.* Eſula rotunda ſive Peplus *Park. Petty Spurge.* In agris pinguioribus, & hortis inter olera.

Peplus *J. B. Ger. Park.* maritima folio obtuſo *C. B. Small Purple Sea Spurge.* In arenoſo maris litore inter *Penſans* & *Marketjeu* in Cornubia copioſè: nec alibi uſquam in Angliæ obſervâſſe memini. Seriùs germinat, nimirum circa Solſtitium æſtivum. Hæ duæ plantæ ſunt è Tithymalorum genere, cum quibus etiam viribus conveniunt.

C. Percepier Anglorum *Lob. Ger. emac.* Anglorum quibuſdam *J. B.* Polygonum Selinoides *Park.* Chærophyllon 3, ſive Chærophyllo nonnihil ſimilis *C. B.* Miror quid C. Bauhino in mentem venerit, ut hanc plantulam ad Chærophyllum referret, cum quo nihil habet affinitatis? Alchimilla montana minima *Col. Parſley-piert.* Inter ſegetes, & in ſolo reſtibili ſteriliore.

N. Vehementer & repentè urinas ciet, & calculum comminuit. Crudum eſtur ut olus, tum muriâ conditum aſſervatur; & ex eo aqua ſtillatitia magno uſu elicitur.

C. Perfoliata vulgaris *Ger. Park.* vulgatiſſima ſive arvenſis *C. B.* Perfoliata ſimpliciter dicta vulgaris annua *J. B. Common Thorow-wax.* Inter ſegetes, ſed rariùs.

N. Inter eas numeratur quibus ſolidandi ac ferruminandi vis ineſt. Uſus præcip. in vulneribus recentibus, enterocelis [imprimis umbilici] tumidis artubus, ſtrumis, ſive intrinſecùs ſive extrinſecùs adhibere volupe ſit. *Schrod.*

Perforata *v.* Hypericum.

C. Periclymĕnum *Ger.* I, ſeu non perfoliatum Germanicum *C. B.* Per. ſive Caprifolium vulgare *Park.* Pericl. plurimis, ſive Caprifolium non perfoliatum *J. B. Woodbind, Honey-ſuckle.* In ſylvis & ſepibus.

N. Vehementer calefacit & deſiccat: Diureticum

validum ac spleneticum est. Usus præcip. in asthmate & tussi. Exiccare ipsum tradunt ulcera humida & sordida, sanare impetigines & alias cutis fœditates, lienem absumere, difficultati spirandi conferre, partis celeritatem facere, calculos pellere, &c. In usu sunt aqua ejus destillata & succus expressus. Folia quoque in gargarismis frequenter usurpantur.

Periclymenum parvum Prutenium *Clus.* v. Chamæpericlymenum.

C. Persicaria maculosa *Ger.* mitis *J. B.* vulgaris mitis seu maculosa *Park.* mitis maculosa & non maculosa *C. B. Dead or spotted Arsmart.* Ad rivulos. Folia maculâ nigrâ sæpiùs notantur, aliquando eâ carent. Flores spicati spicis brevioribus, densioribus & habitioribus quàm sequentis, plerunque dilutè rubent, interdum albicant.

C. Persicaria acris sive Hydropiper *J. B.* vulgaris acris sive minor *Park.* urens, seu Hydropiper *C. B.* Hydropiper *Ger. Lakeweed Arsmart.* Ad rivulos & fossas.

N. 1. Facultatem habet calidam & siccam. Usus præcip. extrinsecùs in vulneribus, tumoribus induratis, ulceribus inveteratis, &c.

2. Aqua hujus stillatitia efficax est ad comminuendum calculum etiam vesicæ, experimento cujusdam nobilis nostratis, qui quotannis in usum pauperum magnam ejus quantitatem destillare solebat. *D. Boyl. De utilitate Philosoph. Nat.* part 2. pag. 69.

3. Expellendis muscis vix quicquam efficacius reperias; nam quæcunque in pecoribus vulnera vel ulcera succo Persicariæ oblita fuerint, ea ab injuria muscarum tuta manent, etiam ferventissimâ æstate. *Trag.*

C. Persicaria pusilla repens *Ger. emac. Park.* 4, sive minor *C. B. Small creeping Arsmart.* In pratis humidis & aquosis.

Persicaria siliquosa *Ger.* Noli me tangere *J. B.* Mercurialis sylvestris Noli me tangere dicta, sive Persicaria siliquosa *Park.* Balsamina 3, i. e. lutea, sive Noli me tangere *C. B. Cockled Arsmart, Quick in hand, Touch me*

not.

not. By the side of Winander-mear in Westmorland, not far from Amble-side; and in the place mentioned in P. B.

N. Miram ejus vim in cienda urina quoquomodo sumptæ pluribus experimentis Gesnerus confirmat. Aqua destillata in hac parte adeò efficax est, ut si copiosiùs sumatur vel Diabeten inducat. V. *J. Bauh.* in hac planta *tom.* 2. p. 980. Cuti impositæ *convicaves*, quod & aliis pluribus diureticis commune est. Facultate fertur perniciosâ, atque inter deleteria habenda est. *Dod.*

Pes anserinus, *v.* Atriplex sylvestris.

Pes cati, *v.* Gnaphalium montanum album.

Pes columbinus, *v.* Geranium columbinum.

C. Petasites *Ger.* vulgaris *Park.* major & vulgaris *C. B.* vulgaris rubens rotundiore folio *J. B. Butter-bur, Pestilent-wort.* In aquosis.

N. Amara est. Pestilentialis radix dicitur, quia experientiâ comprobatum est mirificè eam conferre pestilentialibus febribus, quòd sudorem vehementer moveat. Radices cortice exutas aceto indunt quoad viribus imbutum fuerit, éxque illo cum Rutæ succo & Theriaca propinant. Commendatur etiam in lipothymia uterina, spiritûs difficultate, tussi, asthmate, &c. Extrinsecùs ad bubones & ulcera maligna.

Peucedănum *Ger.* Germanicum *C. B.* minus Germanicum *J. B.* vulgaris *Park. Hogs Fennel, Sulphur-wort, Harestrong. In the Marsh-ditches near Shoreham in Sussex, and the River Thames in many places.*

N. 1. Plurimas huic plantæ vires attribuunt Veteres, quos consulat qui velit. Expectorat mucilaginem tartaream, bilémque educit. Usus præcip. in affectibus pectoris, tussi, inflationibus; in obstructione hepatis, lienis, renum. Ciet urinam, & calculosis prodesse creditur. Extrinsecùs in hemicrania aliisque generibus cephalalgiæ à catarrhis ortum ducentibus, in tumoribus reniténtibus, ulceribus inveteratis mundificandis, &c. *Schrod.*

2. Gelatina sive conserva radicum, pectorale insigne est & hysterícum. *D. Bowle.*

Peucedănum minus *Park. C. B.* pumilum *Ger.* Peucedani facie pusilla planta *Lob.* Selinum montanum pumilum Clusii, foliis fœniculi aut Peucedani, flore albo, semine Selini *J. B.* quamvis ipse vix se à C. Bauhino adduci posse ait, ut credat Selinum montanum Clusii esse idem cum Peucedani facie pusilla planta *Lob.* Quod si in loco à *Lob.* memorato plantam ipsam cum nobis florentem vidisset, proculdubio in C. Bauhini sententiam lubens concessisset. *Rock-Parsley, or Dwarf Hogs-Fennel. On St. Vincents Rock near Bristow.*

Phalăris pratensis, *v.* Gramen tremulum.

Phœnix, *v.* Lolium rubrum.

Phu, *v.* Valeriana.

C. Phyllitis *Ger.* Phyllitis, sive Lingua cervina vulgi *J. B.* Phyllitis, sive Lingua cervina vulgaris *Park.* Phyllitis I, Lingua cervina Officinarum *C. B.* In umbrosis saxosis. *Harts-tongue.* In Cantabrigiensi comitatu rara, nec alibi nobis observata quam in muris templi Hintoniensis.

N. 1. Usus præcip. in liene tumido, fluxu alvi, expuitione sanguinis. Extrinsecùs mundificat vulnera ac ulcera. *Schrod.*

2. Pulvis herbæ exiccatæ, in palpitatione cordis, in suffocatione uterina, in motibus convulsivis mira præstat, si in cerevisia tenui aut Zythogalo seu liquore posseti modica ejus quantitas propinetur: prout innumeris ferè experimentis nobis constat. Quæ ejus qualitas, quantum scimus, hactenus literis prodita non est.

Phyllītis multifida *Ger.* polyschides *J. B* laciniata *Park.* 2, seu Lingua cervina multifido folio *C. B. Jagged or finger'd Harts-tongue.* Ad latera montis *Ingleborough.* Est quidam lascivientis naturæ lusus, nec à priore specie distincta.

C. Pilosella repens *Ger.* minor vulgaris repens *Park.* majori flore, sive vulgaris repens *J. B.* major repens hirsuta *C. B. Common-creeping Mouse-ear.*

N. 1. Astringit

N. 1. Aſtringit vehementer & ſiccat; Sternutatoria eſt & vulneraria: Dyſenteriam, alvi uteríque fluxus ſiſtit, bilem æſtuantem ſedat, hernias curat. Sunt & qui ad Regium morbum & ad incipientem hydropem commendant. Additur utiliter tum in potionibus vulnerariis, tum in emplaſtris & unguentis; vi etiam eſt præſentiſſimâ ad calculum.

2. Succus decoctúmve aciem ferri vel chalybis ſæpe merſam indurare creditur.

3. Ovium gregibus noxia cenſetur ob adſtrictoriam facultatem.

4. Succus herbæ illitus Herpetem miliarem efficaciter compeſcit & ſanat. *D. Hulſe.*

C. Piloſella ſiliquata major & minor *Thal.* Burſa paſtoris ſive Piloſella ſiliquoſa *J. B.* Burſæ paſtoris ſimilis ſiliquoſa major & minor *C. B.* non enim ſpecie ſed magnitudine tantùm differunt. Paronychia major *Park.* *Codded Mouſe-ear.* In arenoſis. Vere florer.

C. Pimpinella ſylveſtris *Ger.* major vulgaris *Park.* 6, ſive ſanguiſorba major *C. B.* ſanguiſorba major flore ſpadiceo *J. B.* *Great Burnet.* In humidis pratis & paluſtribus.

C. Pimpinella vulgaris ſive minor *Park.* hortenſis *Ger.* 7, ſive ſanguiſorba minor hirſuta, & 8; ſive minor lævis *C. B.* Sanguiſorba minor *J. B.* *Small Burnet.* In montoſis pratis & paſcuis.

N. 1. Quæ de hujus viribus traduntur, ad duo capita reduci poſſunt. 1. Quòd ſit cordialis & Alexipharmaca, Hinc in vinum injicitur ad cor exhilarandum; præſervat à peſte & morbis contagioſis. 2. Quod ſit aſtringens, Hinc uſus ejus in profluvio menſium eximius, in fluxu alvi, hæmorrhagia quacunque, in vulneribus & ulceribus ſiccandis, glutinandis & ſanandis.

2. Hujus pulvis in hæmorrhagia narium, ſputo ſanguinea aut tabe Pulmonum usùs eſt eximii; cui ſi vis

Saccharum

Saccharum rosatum adjicias. Ulceribus cancrosis inspersus ea subigit & compescit, nè latiùs serpant. *D. Bowle.*

C. Pimpinella saxifraga hircina major *Park.* saxifraga *Ger.* saxifraga major umbellâ candidâ *C. B.* Saxifraga hircina major *J. B. Great Burnet-Saxifrage.* In sylvis. In hac planta aliisque nonnullis verum deprehendi quod observavit Lobelius. Nimirum, quod quæ in jugis montium calidarum regionum proveniunt eadem in opacis, sylvis, sylvosis & dumetis regionum Septentrionalium exeant. Hanc enim plantam in altis montibus propè Genevam inveni copiosam.

C. Pimpinella saxifraga minor foliis Sanguisorbæ. Saxifragia hircina minor foliis sanguisorbæ *J. B. The lesser round-leaved Burnet-Saxifrage.* In pratis & pascuis siccioribus. Hæc à sequenti foliis rotundioribus & Pimpinellæ Sanguisorbæ minoris æmulis distinguitur. C. Bauhino Pimpinella saxifraga major altera, & Parkinsono P. saxifraga major nostras dicta videtur, præter rationem, cùm nihilo major sit saxifraga minore.

C. Pimpinella saxifraga minor *C. B.* saxifraga hircina minor *Park.* an saxifraga minor nostras *ejusdem?* Saxifragia hircina minima, Pimpinella crispa Tragi *J. B.* Bipinella, sive saxifraga minor *Ger. emac. Small Burnet-Saxifrage.* In montosis & pascuis siccioribus.

N. Plurimæ huic virtutes assignantur. Abstergit, sudorifica est, lithontriptica, vulneraria, &c. Usus præcip. in præcavendis ac curandis venenis & morbis contagiosis; in reserandis obstructionibus hepatis, renum, pulmonum, mensium: in arenâ, calculo ac stranguriâ: in colicis doloribus; tussi, asthmate, peripneumonia; in cruditate ac imbecillitate ventriculi; in lue Venerea. Est etiam Antidotus argenti vivi. Extrinsecùs valet in maculis faciei extergendis;

dis; in odontalgia; auget lac, maturat bubones cancrosósque tumores, &c. *Schrod.* Radix omnium gustûs est acris & fervidi.

C. Pinguicula Gesneri *J. B.* Ping. sive Sanicula Eboracensis *Pork. Ger.* Sanicula montana flore calcari donato *Butterwort, or York-shire-Sanicle.* In locis humidis uliginosis & palustribus, præcipuè montanis.

N. Vulnera recentia & plagas curant folia trita & impositâ; ejúsque succo pingui & butyroso tumores & fissuras in vaccarum uberibus rustici sanant. Cambro-britanni (teste Parkinsono) ex ea syrupum conficiunt quo seipsos purgant.

Pinguicula flore minore carneo. *Butterwort, with a small flesh-coloured flower.* Folia huic circa margines reflexa & veluti revoluta, pellucida ferè & venis rubentibus striata. Flores quàm in vulgari multò minores, pallidiores & ad incarnatum colorem dictum accedentes. In Cornubia locis palustribus observavi, circa *Kilkhamton* v. g. & alibi.

C. Pisum arvense *C. B.* minus *Ger.* Pisa arvensia *J. B. Field-Pease.* Tres apud nos Pisorum species in agris vulgò seruntur. 1. Pisum parvum flore & semine albis, *Common white Pease.* 2. Pisum flore roseo semine subnigro aut fusco, *Common grey Pease.* 3. Pisum flore roseo semine variegato, *Maple Pease.* Plurimæ aliæ seu species seu varietates in hortis seruntur, quas omitto, ut nuper admissas & nondum familiares factas. Pisa flatulenta sunt, minùs tamen quàm Fabæ: abstergent quoque & ventrem laxant.

C. Pisum aliud maritimum Britannicum *Park.* marinum *Ger.* pag. 1250. *English Sea-pease. On the stone-baich between Orford and Aldburgh in Suffolk, abundantly; this baich the Inhabitants call the Shingle.* Occurrit & alibi in maris litore arenoso aut saxoso, v. g. non procul ab oppido *Hastings* in Sussexia. Duas esse apud nos Pisi marini species, Parkinsono neutiquam concesserim.

Refert

Refert *Gesnerus* lib. de *Aquatil.* 4. pag. 256. ex epistolis *D. Caii*, & post eum *J. Stow* in Chronico suo, In magna annonæ caritate, quæ contigit Anno 1555, litoris Aldeburgici & Orfordiensis accolas tenuioris conditionis homines Pisis hisce se suósque sustentâsse. Quæ [verba sunt Gesneri] saxis insidentia (mirabile dictu) nullâ terrâ circumfusa, autumnali tempore sponte nata sunt, adeò magnâ copiâ, ut sufficerent vel millibus hominum. Quod Pisa hæc miraculo quodam ad sublevandam inediam tunc primùm enata sint, mihi vix persuaserint: quòd solito copiosior fuerit eo anno eorum proventus non abnuerim. Proculdubio tam hic quàm alibi locis similibus multis antea seculis extiterunt, quamvis in usum non fuerint recepta, & certè nisi urgente fame & in melioris alimenti inopia, nemo iis libenter vesceretur, cùm etiamnum ab hominibus sint neglecta quamvis ubertim quotannis proveniant. Camdenus autem noster aliique à scopo nimium aberrant, cùm Pisa hæc seminibus è naufraglorum reliquiis in litus fortè fortunâ vi tempestatis aut æstu marjs ejectis tunc temporis orta suspicantur, cùm sint radicibus prælongis perpetuis, fructu minore, & ut verbo absolvam tota facie à Pisis sativis cujuscunque generis diversa.

C. Plantago aquatica *J. B.* aquat. latifolia *C. B.* aquat. major *Ger. Park. Great water-Plantain.* In & juxta aquas ubique fere.

C. Plantago aquatica minor *Park.* aquat. humilis *Ger.* aquat. humilis angustifolia *J. B.* aquat. 2. sive aquat. angustifolia *C. B. Dwarf-Water-Plantain.* Cum priore.

Plantago aquatica minor stellata *Ger. emac.* aquat. stellata *C. B.* aquat. minor muricata *Park.* Damasonium stellatum Dalechampii *J. B. Star-headed Water-Plantain.* In aquis stagnantibus, sed rariùs.

N. Refrigerare & siccare dicitur. Schwenckfeldius

us procidentiam ani curare, rubentem podagram, capitis dolorem à causa calida mulcere, cruento sputo urinæque mederi tradit. Summum secretum & expertissimum quo subitò lac in mammillis consumatur esse, ait Timoth. Roslin, succum hujus Plantaginis illis applicatum.

C. Plantaginella palustris *C. B.* Plantago aquat. minima Clusii *Park. The smalleſt Water-Plantain.* In piscinis exiccatis aliisque locis ubi per hyemem aquæ stagnârant.

C. Plantāgo latifolia vulgaris *Park.* latifolia sinuata *C. B.* latifolia *Ger.* major folio glabro non laciniato ut plurimùm *J. B. Great Plantain or Waybread.*

C. Plantāgo major incana *Park.* incana *Ger.* latifolia incana *C. B.* major hirsuta, media à nonnullis cognominata *J. B. Hoary Plantain, or Lambs tongue.*

Plantāgo major paniculâ sparsâ *J. B.* latifolia 6, sive spicâ multiplici sparsâ *C. B.* latifolia spiralis *Park.* Plantago paniculis sparsis *Ger. emac. Beſome-Plantain, or Plantain with ſpokie tufts. Found by Doctor Johnſon in the Iſle of Thanet, and by Th. Williſel at Reculver there.*

C. Plantāgo quinquenervia *Ger.* quinquenervia major *Park.* lanceolata *J. B.* angustifolia I, sive major angustifolia *C. B. Ribwort, Ribwort-Plantain.*

N. 1. Vulneraria est herba: Usus præcip. in fluxionibus cujuscunque generis, v. g. alvi, expuitione sanguinolenta, gonorrhœâ, mictione involuntaria, mensium profluvio, &c. Extrinsecùs in mundandis consolidandisque vulneribus & ulceribus. *Schrod.*

2. ℞. radicum symphyti majoris recentium uncias sex, foliorum Plantaginis manipulos 12. Horum succo expresso unà cum radicibus prædictis sufficienti quantitate Sacchari exceptis, & in mortario lapideo aut ligneo contusis fiat electuarium. Adversus vomitum aut expuitionem sanguinis nullum certius & præsentius remedium. *D. Boyl.* De Utilit. Philosoph. Nat. *part. 2. pag. 150.*

3. Succus

3. Succus Plantaginis vel merus, vel cum succo Limonum mixtus, insigne est diureticum. *D. Needham.*

Plantago marina *Ger.* marina vulgaris *Park.* Coronopus maritima nostras *J. B.* 3, sive maritima major *C. B. Ordinary Sea-Plantain.* In paluſtribus maritimis ubique. At in Epiſcopatu Dunelmenſi & Cornubia etiam procul à mari copiosè provenit. Magnitudine inſigniter variat, ut meritò diverſas ſuſpiceris eſſe plantas.

C. Polygala minor *Park.* Polyg. 2, 3, 4, & 5 *Ger.* 2, ſive vulgaris *C B.* Polygalon multis *J. B. Milkwort.* In pratis & paſcuis, maximè montoſis. Vix alia planta plus ludit floris colore, aliàs enim cæruleum, aliàs carneum, aliàs album, & interdum etiam variegatum obtinet

N. Si manipulus ejus per noctem in vino maceretur, idque bibatur, bilem per alvum mirè dejicit; nullo periculo; experientiâ Geſneri.

Polygonatum floribus ex ſingularibus pediculis *J. B.* 4, ſive latifolium flore majore odoro *C. B.* majus flore majore *Park.* latifolium 2, Cluſii *Ger. Sweet-ſmelling Solomons ſeal. This Year* [1671] *it was ſhewn me by* T. W. *growing on the ledges of the ſcars or cliffs near* Wharfe *and* Settle *in* York-ſhire *plentifully.*

† Polygonatum *Ger.* vulgaris *Park.* latifolium vulgare *C. B.* Polygonatum, vulgò Sigillum Solomonis *J. B. Solomons-ſeal.* In ſylvis quibuſdam in Occidentalibus Angliæ provinciis. *In a field adjoyning to the waſh at Newberry, belonging to Mr. Gyles now Mayor, and in ſeveral other places of Bark-ſhire.* Mr. Horſnell.

N. Vulnerarium eſt & aſtringens, fluxiones quaſcunque ſiſtit; oſſa fracta conſolidat. Radix in vino decocta & pota mira præſtat in contuſionibus & fracturis oſſium, in herniis, &c. Extrinſecùs faciei maculas abſtergit, cutim dealbat, &c. Baccæ pituitam mucilaginoſam per vomitum, ac ſeceſſum educunt. Doſis n. 14. aut 15. *Schrod.*

C. Polygonum Germanicum vel *Knawell* Germanorum *Park.*

Park. tertium Dodonæi, ſive tenuifolium *J. B.* anguſtiſſimo & acuto & vel gramineo folio minus repens *C. B.* Selinoides, ſive Knawell *Ger. German Knot-graſs, or Knawell.* In agris arenoſis & ſterilioribus.

Polygonum Germanicum incanum flore majore. *Hoary Knawell with a larger flower. In the ſandy grounds and balks of corn-fields about Elden in Suffolk plentifully*

Perennis eſſe videtur hæc planta, magis procumbit quam vulgare *Knawell*, éſtque cauliculis tenuioribus foliis brevioribus & viridioribus, floribus majoribus & albidioribus.

Polygonum ſerpyllifolium verticillatum. Polygonum parvum flore albo verticillato *J. B. Verticillate Knot-graſs with Thyme-leaves.* In humidioribus paſcuis & paluſtribus udis circa *Penſans*, & alibi versùs extremum Cornubiæ angulum.

Polygonum marinum *J. B.* marinum maximum *Ger. emac.* marinum majus *Park.* majus V, ſive maritimum latifolium *C. B. Sea-Knot-graſs.* In arenoſis maris litoribus, v. g. propè oppidum *Penſans* in Cornubia, & alibi.

C. Polygonum mas vulgare *Ger.* mas vulgare majus *Park.* latifolium *C. B.* Polygonum ſive Centinodia *J. B. Common Knot-graſs.* Paſſim in arvis, & juxta ſemitas.

N. Siccat & aſtringit, vulneraria eſt. Uſus præcip. in ſiſtendis fluxibus quibuſcunque, diarrhœa, dyſenteria, fluxu uterino, vomitu, hæmorrhagia narium. Extrinſecùs prodeſt in vulneribus, ulceribus, inflammationibus oculorum, &c. *Schrod.*

C. Polypodium *J. B. Ger.* vulgare *C. B. Park. Polypody.* In muris antiquis, aggeribus terrenis, arborum truncis, & ad earum radices.

N. 1. Eſt è purgantium numero. Educit autem bilem aduſtam & pituitam lentam. Sed quia ſegniter purgat, plerumque in decoctis & infuſionibus, raro in aliis formis adhibetur. *Schrod.* Polypodio quercino ſumma auctoritas.

2. Radicum

2. Radicum pulvis per aliquot dies exhibitus ad lienem tumidum, icterum & hydropem remedium est præstantissimum. Adde si vis cremorem tartari & Cassiam ligneam. *D. Bowle.*

C. Popŭlus alba *Park. Ger.* alba, Λεύκη Theophrasti *J. B.* alba quæ Λευκὴ ab albedine dicitur, majoribus foliis *C. B. The white Poplar.* In agro Cantabrigiensi & alibi frequens.

Popŭlus alba foliis minoribus *Ger. Park. C. B. The smaller-leaved Poplar, or Abele-tree.* Hæc quoniam celerrimè crescit, in honore esse cœpit. A præcedente non videtur specie differre.

N. Populus alba humo tenùs secta usque ad radicem, & aquâ calidâ in quâ fermentum dissolutum perfusa, fungos copiosos intra quatriduum edet, esui quoque gratissimos. *Matth.* in *Dioscor. lib.* 1. *cap.* 93.

C. Popŭlus Libyca *Ger. Park.* Libyca Plinii χαρκὶς Theophrasti *J. B.* tremula *C. B. The Asp, or Aspen-tree.* In sylvis.

C. Popŭlus nigra *Ger. Park. C. B.* nigra sive Αἴγειρος Dioscoridis & Theophrasti *J. B. The black Poplar.* Ad fluviorum ripas, & in aquosis.

N. 1. Cortex Populi (albæ præcipuè) adhibetur in dolore ischiadico intùs & extra, in stranguria, in ambustis. Oculi seu gemmæ Populi nigræ adhiberi solent à sexu muliebri ad capillos ornandos & promovendos. Prosunt itidem ad dolores sedandos. *Schrod.*

2. Succus in foraminibus Populi collectus, verrucas & impetigines sanare creditur.

3. Unguentum Populeon refrigerat & somnum conciliat.

4. Populi nigræ gemmæ seu surculi extremi post mediam æstatem luteum, odoratum, pinguem & tenacem succum exudant. Verum J. Bauhinus, antequam folia erumpant oculos, inquit, protrudit mucronatos hujusmodi succo prægnantes.

Portulāca

Portulāca marina, *v.* Halimus; aquatica, *v.* Alsine rotundifolia.

C. Potamogeiton angustifolium *Ger.* 2, sive Salicis folio *J. B.* Potamog. seu Fontalis Persicariæ foliis *J. B.* Fontalis major longifolia *Park. Narrow-leaved Pondweed.* Gustu est subacido.

N. Cùm hæc planta non rarò extra aquas inveniatur, foliáque tunc obtineat hirsuta, aspera & Persicariæ in modum maculosa, non sine ratione suspicamur eam pro diversa specie à nonnullis Botanicis habitam, & sub Persicariæ titulo propositam esse. v. g. *Catalogo Altdorf.* Persicariæ acidæ peculiaris. *Ludg. Cat.* Persicariæ hirsutæ radice perenni. An D. *Merrett.* in Pin. Persicariæ longissimo & angusto folio, aut Persicariæ foliis Salicinis. Et revera Persicariæ species est non Potamogeitonis.

C. Potamogeiton rotundifolium *C. B.* rotundiori folio *J. B.* latifolium *Ger.* Fontalis major latifolia vulgaris *Park. Broad-leaved Pondweed.* In aquis stagnantibus & piscinis.

C. Potamogeiton longis acutis foliis *Ger. emac.* An Potamog. foliis angustis splendentibus *C. B?* Fontalis lucens major *J. B. Long-leaved pellucid Pondweed.* Hæc species plerunque aquis immersa est. Folia minimè sunt serrata, proinde in Catalogo Cantabr. Lapathum fluitans longo serrato folio *J. B.* malè denominavimus.

C. Potamogeiton perfoliatum *P. B.* tertia Dodonæi *Ger. emac.* altera Dodonæi *J. B.* 4, sive foliis latis splendentibus *C. B. Small or perfoliate Pondweed.* In aquis.

C. Potamogeiton gramineum ramosum *C. B. J. B. Park.* Millefolium tenuifolium *Ger. emac.* quoad iconem, quæ nostræ plantæ accuratè respondet. *Fennel-leaved Pondweed. In Cambridge-River in many places.*

C. Potamogeiton ramosum caule compresso, folio Graminis canini. *Small branched Pondweed, with a flat stalk. In Cambridge and many other Rivers.* v. *C. C.*

C. Potamogeiton pusillum gramineo folio, caule rotundo *C. C. Small grass-leaved Pondweed.* In rivis & fossis paluſtribus.

Potamogeiton pusillum gramineo folio maritimum. *Sea-Pondweed, with grassie leaves. This grows in the ditches of water in the salt-marshes, into which the water flows every Tide. About Maldon in Essex I first observed it.*

C. Potamogeito affine Gramen aquaticum *C. C. Water-grass, with small crooked cods.* In aquis stagnantibus.

N. Potamogeiton Officinis ignota est, quæque de ejus viribus ex antiquis traduntur, incerta sunt. Quòd refrigeret & astringat similiter Polygono tradit Galenus, cui & nos facilè assentimur.

Potentilla, *v.* Argentina.

Prassium, *v.* Marrubium album.

C. Primula veris major *Ger.* veris odorata flore luteo simplici *J. B.* Verbasculum pratense odoratum *C. B. Paigles or Cowslips.* In pascuis ubique: Aprili floret.

C. Primula pratensis inodora lutea *Ger.* veris caulifera pallido flore inodoro aut vix odoro *J. B.* Verbasculum pratense aut sylvaticum inodorum *C. B. Great Cowslips, or Oxslips.* In sylvis & sepibus. Aliquanto serius floret.

C. Primula veris vulgaris *Park.* veris minor *Ger.* veris, floribus ex singularibus pediculis, majoribus simplicibus *J. B.* Verbasculum sylvarum majus singulari flore *C. B. Common Primrose.* In sylvis, & ad sepes ubique.

Primula veris flore rubro *Ger.* veris minor purpurascens *J. B.* Paralysis minor flore rubro *Park.* Verbasculum umbellatum Alpinum minus *C. B. Birds-eyn. In the mountainous meadows in the West-riding of York-shire, and in Westmorland.*

N. 1. Folia & flores gustu non ingrato in olere, placentulis & acetariis sumantur, sùntque admodum utilia capiti

capiti & nervoſo generi. Adhibentur & in Apoplexia, Paralyſi, & articulorum doloribus.

2. Florum ſuccus maculas rugáſque faciei & alia cutis vitia (ut perhibent) mirificè deterget. Aqua florum & conſerva anodynæ ſunt & hypnoticæ.

3. Decoctum radicum Primulæ vulg. in Zythogalo aliove idoneo vehiculo ſumptum, ſingulare eſt & præſtantiſſimum remedium ad vertiginem. *D. Hulſe.*

4. Succus foliorum & florum expreſſus, cum pari quantitate lactis è vacca rubra, naribus frequenter hauſtus Cephalalgiam inveteratam perfectè curavit, cùm alia medicamenta nequicquam tentata fuiſſent. Hujus mentionem & ad hunc affectum leniendum commendationem, in *horto ſanitatis Langhami* bis factam invenio. *D. Hulſe.*

5. Acetum radicibus imprægnatum, ac loco errhini in nares attractum odontalgiam mirabiliter ſedat. *Schrod.*

C. Prunella *Ger.* vulgaris *Park.* flore minore vulgaris *J. B.* Brunella major folio non diſſecto *C. B. Common Self-heal.* Variat floris colore cæruleo, carneo, albo. In paſcuis, & ad ſemitas ubique.

N. Uſus præcip. in vulneribus, imprimis Pulmonum, in ſanguine coagulato. Extrinſecùs in vulneribus, & creberrimè in Angina aliiſque affectibus oris ac faucium (in gargariſm.) *Schrod.* Extinguit ardorem faucium ac gutturis, quem Germani *Die Breune* vocant, unde & Brunellæ nomen obtinuit.

C. Prunus ſylveſtris *C. B. Ger. Park. J. B.* Acacia Germanica *Schrod. & aliorum. The Sloe-tree, or Blackthorn.* In ſepibus.

N. 1. Folia, fructus, cortices refrigerant, exiccant & aſtringunt: Unde uſus eorum in hæmorrhagia narium, in profluviis alvi, uteri, &c. frequens.

2. Hujus gummi quod ſponte exudat, in aceto ſolutum & illitum herpetas ſanat: V. quæ de ſeipſo narrat *D. Beal. Philoſoph. Tranſact.* n. 43.

3. Prunus ſylv. tranſplantatione diligentique cultura evadit hortenſis, fructúſque fert grandiores. *Schrod.*

4. Aqua è floribus deſtillata & pota ad laterum dolorem ſingulari facit experimento. Ea verò efficacior fuerit, ſi flores Pruni ſylveſtris recentes per noctem vino forti & optimo macerati in balneo (ut vocant) Mariæ deſtillentur. Hac aquâ multis profui; eâ namque lateris, cordis & ſtomachi quoſvis dolores ſeu compreſſiones & puncturas diſſolvi. *Trag.*

5. E floribus Pruni ſylv. per iteratam infuſionem fit etiam apud nos ſyrupus purgans. *C. Hofman.*

C. Pſeudomelanthium *Ger. J. B.* Lychnis ſegetum major *C. B.* Lychnoides ſegetum, ſive Nigellaſtrum *Park. Cockle.* Inter ſegetes.

N. Quidam Lolii facultates huic herbæ tribuunt, & hinc mirificè eam in ſanandis impetiginibus aliiſque ſcabiei generibus commendant: item vulneribus glutinandis ac fiſtulis curandis, compeſcendóque ſanguine, ejus eſſe uſum tradunt. *Fuchſius* apud *J. B.* Verùm hæc incerta & conjecturis plena.

C. Ptarmica *Ger.* vulgaris *Park.* vulgaris folio longo ſerrato, flore albo *J. B.* Dracunculus 2, ſive pratenſis ſerrato folio *C. B. Sneezewort, Baſtard Pellitory.* In pratis udis & paluſtribus.

N. Guſtu eſt acri & fervido. Siccæ pulvis naribus inditus ſternutamenta movet, unde ei nomen. Radix commanſa caput purgat & dentium dolores mulcet, pituitam eliciendo. Herba cruda additur acetariis ad frigiditatem eorum temperandam aut corrigendam.

C. Pulegium *J. B.* vulgare *Park.* regium *Ger.* latifolium *C. B. Penny-Royal, or Pudding-graſs.* In locis ubi per hyemem aquæ ſtagnârant, non rarò & in ipſis equis.

N. Partium eſt tenuium, acris & ſubamara hæc planta. Uſus præcip. in menſibus ciendis, fluore albo,

bo, fœtu ejiciendo. Confert hepaticis ac pulmoniacis, nauſeam & tormina ventris diſcutit, calculum & urinam pellit, ictero ac hydropi medetur. Extrinſecùs prodeſt capiti, ſomnum arcet, vertiginem diſcutit, doloribus arthriticis convenit, dentes abſterget, pruritum cutis curat. *Schrod.* Plures ei Veteres aſſignant virtutes; ſed quas recenſuimus uni plantulæ ſatis ſupérque ſunt.

2. Succus hujus herbæ cochlearis unius menſurâ, admixto Sacchari candi tantillo, puerîs exhibitus, efficaciſſimum eſt remedium adversùs tuſſim illam clamoſam noſtratibus *the Chin-cough* dictam, quæ teneram ætatem plurimùm infeſtare ſolet. Hujus notitiam D. *Boyle* acceptam refero, qui ad profligandum hoc ſymptoma inter alia medicamenta primas, ei tribuit, nec immerito, ut experientiâ nobis compertum eſt. *D. Hulſe.*

† Pulmonaria foliis Echii *Ger.* rubro flore, foliis Echii *J. B.* Symphytum maculoſum, ſive Pulmonaria 2, anguſtifolia rubente cæruleo flore *C. B. Bugloſs-Cowſlips, or long-leaved Sage of Jeruſalem. In a Wood by Holbury-houſe, in the new Foreſt in Hampſhire, Maſter Goodyer.*

N. 1. Fœmina quædam cum ictero omnium medicorum ſolertiam eludente pene biennium conflictata, poſt corpus medicamento purgatum, de hoc muſco accepit manipulum, addita ℔ cereviſiæ ſecundariæ, quem in olla fideliter occluſa ad dimidium decoxit, poſtea tredecim cochlearia tepida mane atque etiam veſperi bibit; atque intra 5 aut 6 dierum ſpatium ex pertinaciſſimo contagio, cùm de ea actum videretur, emerſit. Ejuſdem in ictero ſanando vim & alii poſtea multi experti ſunt. *Ephemer. German. an.* 3. *obſerv.* 290.

2. Foliorum in oleribus uſus eſt; in cibis etiam & placentis ex ovis Verbaſculorum more uſurpantur. Uſus herbæ præcipuus in affectibus pulmonum, ut phthi-

si, expuitione sanguinis, &c. extrinsecùs in vulneribus.

C. Pulmonaria Gallica sive aurea latifolia *Ger.* Hieracium murorum folio pilosissimo *C. B.* Hieracium murorum Bauhini, quod est Pulmonaria Gallorum Lobelii *Park.* Pilosella major quibusdam, aliis Pulmonaria flore luteo *J. B.* Pulmonaria phthisica *Cat. Altd. French or Golden Lungwort.* In sylvis, muris antiquis, & aggeribus umbrosis. In Sussexiæ sylvis propè *Cuckfield* folio pulchris maculis notato observavi.

† Pulmonaria Gallica, sive aurea angustifolia *Ger. emac. Narrow-leaved French or Golden Lungwort. Found in an old Roman Camp at Sidmonton, not far from Newberry. Doctor Johnson tells us, that both Lobell and C. Bauhine confound this with the former.* v. descript. in *Ger. emac.*

C. Pulsatilla vulgaris *Park. Ger.* purpurea *J. B.* 1, sive folio crassiori & majore flore *C. B. On Gogmagog-hills, on the left hand of the High-way, leading from Cambridge to Haverill, just on the top of the Hill; and also about Hildersham, six miles from Cambridge; and on Barnakeheath not far from Stamford in great plenty, and on Southrop-common adjoyning thereto.*

N. Acris est & calida. Externis corporis partibus tutiùs adhibetur quàm internis. Aqua ejus destillata vulnera mundificat & sanat. *J. B.* qui plura habet.

Pyrola Alsines flore Europæa *C. B. Park.* Herba trientalis *J. B. Winter green with Chickweed flowers. Found by Tho. Willisell formerly on the East-end of Rumbles-moor near Helwick in the bogs among the rushes; and this Summer* 1670, *in flower, five miles beyond Hexham in Northumberland, near the Picts wall on the North side plentifully; and likewise* 3 M. *West of Harbotle upon the moor amongst the heath.*

Pyrola *Ger. J. B.* nostras vulgaris *Park.* rotundifolia major *C. B. Common Winter-green.* In Septentrionalibus Angliæ variis in locis. *We found it near Halifax,*

by

by the way leading to Kighley, and in Northumberland. It grows plentifully near Halifax in several places. In Hasel-wood woods near Sir Walter Vavasour's Park in Yorkshire, Mr. Witham shew'd me a sort of Pyrola, with a lesser and more pointed leaf than the common, having the flowers also lesser, and standing thicker together, which I suspect to be a different species. It nearly resembles Pyrola folio mucronato serrato, *and grows in the like places*, v. g. *shady Woods.*

N. Vulneraria est usu interno & externo celeberrima.

C. Pyrus sylvestris *Ger. C. B.* Pyraster sive Pyrus sylvestris *J. B.* Pyrum strangulatorium *Ger. Wild Pear-tree.* In sepibus.

N. Cùm Pyra acida sint & acerba, refrigerant & siccant, & proinde in fluxu alvi utilia sunt. Quod Matthiolus aliique scribunt Fungos innocentiores tutioréque fieri, si in Pyrastri vel fructu vel folio cocti fuerint, J. Bauhino minimè probatur, quoniam Pyra adstrictione pollent, & proinde eorum dejectionem impediunt. v. *J. B. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4.

Q

C. QUercus latifolia *Park.* vulgaris *Ger.* vulgaris brevibus pediculis *J. B.* latifolia mas quæ brevi est pediculo *C. B. The Common Oak-tree.*

N. 1. Nulla est arbor qua præter genuinum tot spurios & excrementitios producit fructus ac Quercus. v. Theophr. hist. lib. 3. cap. 8.

2. Hujus folia, glandes, cupulæ, cortex, siccant & astringunt, unde utilia sunt ad coria densanda, ad

fluxum alvi, uteri, ſeminis ſiſtendum: extrinſecùs in odontalgia, profluvio uterino, &c.

3. Vidimus aliquoties hujus arboris radicibus adnaſcentem excreſcentiam illam botryoden quam *uvam quercinam* vocant,

Quinquefolium, *v.* Pentaphyllum.

R

C. RAdix cava minima viridi flore *Ger.* Moſchatellina foliis Fumariæ bulboſæ, de qua Cordus *J. B.* Ranunculus nemoroſus Moſchatella dictus *Park.* Ran. nemoroſus 4, ſive nemorum, Moſchatellina dictus *C. B. The Musk Wood-Crowfoot. Upon the borders of the Downs of Suſſex, and in many other places all over England. In Cambridge-ſhire on the bank of a hedge, by a Grove of Elms, on the North-ſide of Cheſterton.* Floret Vere circa finem Martii & initium Aprilis, interdum ſeriùs tempeſtate frigida.

C. Ranunculus aquatilis *Ger.* aquaticus Hepaticæ facie *Park.* aquatilis albus tenuifolius *J. B.* paluſtris & aquat. V, ſive aquat. folio rotundo & capillaceo *C. B. Water-Crowfoot, with various leaves.* In aquis fluitat.

Ranunculus aquat. omninò tenuifolius, *v.* Millefolium aquat. Ranunculi flore.

C. Ranunculus arvorum *Park. Ger.* echinatus I, ſive arvenſis echinatus *J. B.* arv. echinatus *J. B. Rough-headed, or Corn-Crowfoot.* Inter ſegetes.

C. Ranunculus bulboſus *Ger. Park.* tuberoſus major *J. B.* pratenſis, 4, ſive radice verticilli modo rotundo *C. B. Round-rooted, or bulbous Crow-foot.* In pratis & paſcuis.

N. Aquam radicum hujus deſtillatam, aut infuſionem cum

um Spiritu vini factam, contra peſtem extollunt herbilegæ Noricæ *Cat. Altd.*

C. Ranunculus flammeus major *Ger.* paluſtris flammeus major *Park.* longifolius paluſtris major *C. B.* longo folio maximus, Lingua Plinii *J. B. Great Spearwort.* In foſſis paluſtribus Elienſibus plurimus.

C. Ranunculus flammeus minor *Ger.* paluſtris flammeus minor ſive anguſtifolius *Park.* longifolius paluſtris minor *C. B.* longifolius, aliis Flammula *J. B.* qui & ſequentem ſub eodem titulo comprehendit. *The leſſer Spearwort.* Ad aquas.

C. Ranunculus flammeus ſerratus *Ger. Park.* paluſtris ſerratus *C. B. Indented Spearwort.* Cum priore, à quo certè non differt ſpecie.

Ranunculus globoſus *Ger. Park.* flore globoſo, quibuſdam Trollius flos *J. B.* montanus Aconiti folio, flore globoſo *C. B. The Globe-Crowfoot, or Locker-gowlons. On the back ſide of Snowdon, near Llanberis, on the ſides of Cadridris, in the Meadows between Settle and Hinkel-haugh, and in many places of the Mountains in Wales, York-ſhire and Weſtmorland, plentifully.*

C. Ranunculus hederaceus rivulorum ſe extendens, atrâ maculâ notatus *J. B.* aquat. hederaceus (at non luteus) *C. B.* Ranunculi aquatilis varietas altera *Ger. emac. Ivy-leaved Water-Crowfoot.* In aquis vadoſis frequens. Hujus flos albus eſt, & proinde ſaltem floris colore differt ab eo cujus ſynonyma dedimus.

N. ℞. ſummitatum ſeu turionum Alni, Foliorum Ranunculi aquatici hederacei, Salviæ, ana manipulum unum. Infundantur per noctem in vino albo, & infuſum propinetur. Ad Hydropem & Scorbutum mirificè confert.

C. Ranunculus nemoroſus dulcis, ſecundus Tragi *Park.* nem. ſeu ſylvaticus 2, ſeu ſylv. folio rotundo *C. B.* rotundifolius Vernus ſylvaticus *J. B.* apud quem plena habetur & accurata deſcriptio: auricomus *Ger.*

Swet

Sweet wood-Crow-foot, or Goldilocks. In ſylvis & dumetis copioſè, apud nos hic in Anglia Aprili floret.

C. Ranunculus paluſtris rotundifolius *Ger.* paluſtris Sardonius lævis *Park.* pal. flore minimo *J. B.* pal. I, Apii folio lævis *C. B. Marſh-Crowfoot, or round-leaved Spearwort.* In foſſis aquoſis.

Ranunculo ſive Polyanthemo aquatili albo affine Millefolium Maratriphyllum fluitans *J. B.* Millefolium maratriphyllum Ranunculi flore *Park.* Millef. aquat. 7, ſive foliis fœniculi, Ranunculi flore & capitulo *C. B. Fennel-leaved Water-Crowfoot. In the river Tame about Tamworth, Middleton, &c. in Warwick-ſhire; as alſo in the river Ouſe about Oxford, plentifully.*

C. Ranunculus pratenſis repens *Park.* prat. repens hirſutus *C. B.* pratenſis etiamque hortenſis *Ger.* repens flore luteo ſimplici *J. B. Common Crowfoot, or Butter-cups.* In pratis & paſcuis ubique plus ſatis. Minimè acrem perhibet Tragus, & propterea citra noxam aut periculum corpori adhiberi poſſe: quin & mulierculas Germanicas Aprili menſe illum tenerum adhuc unà cum aliis oleribus decoquere ſolere.

C. Ranunculus pratenſis erectus acris *C. B.* prat. erectus acris vulgaris *Park.* ſurrectis cauliculis *Ger.* rectus, non repens, flore ſimplici luteo *J. B. Upright Meadow-Crowfoot.* In pratis vulgaris. Folia hujus Napelli aut Aconiti foliis accedunt: interdum dulcis reperitur.

C. Ranunculus rectus foliis pallidioribus hirſutus *J. B.* apud quem plenam vide & accuratam ejus deſcriptionem. *Upright pale-leaved Crowfoot.* In locis humidis & lutoſis ubi per hyemem aquæ ſtagnârant.

C. Ranunculus hirſutus annuus flore minimo. *Field-Crow-foot, with a ſmall flower.* Hæc planta nondum quod ſcio deſcripta eſt. In arvis reſtibilibus, & aggeribus foſſarum.

N. Ranunculorum (non tamen omnium) folia, caules & radices vim habent cauſticam; impoſita ſc. cutem

cutem exulcerant, & cruſtam cum dolore inducunt, unde ſtigmata delent, ac verrucas & perniones tollunt.

C. Raphănus aquaticus *Ger. Park.* aquat. Tabernamontani *J. B. 6*, ſive aquat. foliis in profundas lacinias diviſis *C. B. Water-Radiſh.* In aquis fluentibus & rivis. Ab hoc diverſam non eſſe puto Radiculam ſylveſtrem ſeu paluſtrem *J. B.* item Raphanum aquaticum alterum *C. B.* Rapiſtrum aquaticum *Ger.* &c.

C. Raphănus ruſticanus *Ger. Park. C. B.* ſylveſtris, ſive Armoracia multis *J. B. Horſe-Radiſh.* D. *Martinus Liſter* ſponte natum copioſè invenit. *upon the banks of Skipton-beck, and elſe-where in Holland* [*in Craven*] *and this year* [1671] *we found it plentifully in Northumberland by the waters ſides.*

N. 1. In condimentis appetitum facit, at caput lædit. Urinam & arenulas valenter pellit: Commendatur & ad tuſſim & phthiſim. Specificè ſcorbuticis prodeſt. Ciet vomitum, ſi ſuccus vel infuſio in aceto cum melle tepido aſſumatur & aqua ſuperbibatur. *Schrod.*

2. Hujus radices in aqua priùs maceratas ad acrimoniam tollendam *Lemovicenſis* plebs oleo conditas eſitat tum freſas, tum elixas, tum aliis modis præparatas. *Le Jardinier François.*

C. Rapiſtrum arvorum *Ger. Lob. Park.* flore luteo *C. B. J. B. Charlock, wild Muſtard.* Inter ſegetes.

Rapiſtrum album articulatum *Park.* flore albo, ſiliquâ articulatâ *C. B.* flore albo ſtriato, ſinapi album agreſte Trago *J. B. white-flowered-Charlock, with joynted cods.* Inter ſegetes.

C. Rapiſtrum luteum ſiliquâ glabrâ articulatâ *C. C. Yellow Charlock, with ſmooth joynted cods.* Inter ſegetes. Hoc à proximè præcedente non differt ſpecie; ſed floris colore tantùm.

Hæ plantæ & guſtu & viribus cum Sinapi conveniunt, quamvis imbecilliores ſint.

Rapum

Rapum geniſtæ, *v.* Orobanche.

C. Rapum majus *Ger.* ſativum rotundum *J. B.* Rapa 1, ſive ſativa rotunda *C. B. The round rooted Turnep.*

C. Rapum radice oblonga *Ger. emac.* ſativum oblongum *J. B.* Rapa 2, i. e. ſativa oblonga, ſeu fœmina *C. B. Long-rooted Turnep.* Utrumque in agris ſeritur.

N. 1. Radix culinaria eſt, ſed ventriculo flatulenta, & laxam carnem generat Seminis uſus præcip. in Antidotis; Venerem ciet, varioláſque & morbillos expellit.

2. Raporum ſuccus & juſculum in quo decoquuntur, commendantur ad febrim quartanam, Radices hæ in magnitudinem admirabilem nonnunquam excreſcunt. Vidi (inquit Plinius) 40 libras excedentes.

3. Rapum extrinſecùs adhibetur in ulceribus crurum, &c. optimo cum ſucceſſu, ut & in mammarum tumoribus, alibique in tumoribus ſcrophulosis & ſcorbuticis. *D. Needham.*

4. Raporum crudorum comeſtorum in ſcorbuto ſanando efficaciam experti ſunt noſtrates, qui primi in Terra nova Americæ inſula ſedem fixerunt.

† Rapum ſylveſtre *Ger.* ſylv. non bulboſum *Park.* ſylveſtre Matthioli *J. B.* Rapa ſylveſtris & Cæſalpini *C. B. Wild Rape or Turnep.*

N. 1. Ex hujus ſemine (ſi Gerardo noſtro fides) tuſo & preſſo in inſula Elienſi, ubi copiose ſeritur, oleum eliciunt vulgò *Rape-oyl* dictum. Vide quæ ad Napum ſylveſtrem annotavimus.

2. In puerulis aphthis laborantibus nihil eſt quod tam præſentaneum afferat opem quàm oleum raparum ſi in eo tantum diſſolvatur ſacchari quantum poteſt, illudque ori illitum lambant. *Ephemer. German.* Ann. III. Obſerv. 82.

Rapuncülus corniculatus montanus *Ger.* flore globoſo purpureo *J. B.* folio oblongo, ſpicâ orbiculari *C. B.* alopecuroides orbiculatus *Park. Horned Rampions. On the Downs of Suſſex and Hamp-ſhire in many places.*

Rapuncülus

Rapuncŭlus eſculentus vulgaris *Park.* 1, ſeu eſculentus *C. B.* vulgaris campanulatus *J. B.* Rapuntium parvum *Ger. Rampions.* In aggeribus foſſarum, & agrorum marginibus, ſed rariùs.

N. Eſtur radix cruda, & etiam cocta in acetariis, eſtque longè quàm Rapi aut Raphani delicatior. Cum longo pipere devorata, lactis ubertatem facere perhibetur.

C. Rapuncŭlus Scabioſæ capitulo cæruleo *C. B. Park.* Scabioſa 12, ſive minima hirſuta *Ger. emac.* Scabioſa globularis, quam ovinam vocant *J. B. Hairy Sheeps Scabious, or Rampions with Scabious heads.* In arenoſis & ſterilioribus agris.

Regina prati, *v.* Ulmaria.

C. Reſēda vulgaris *C. B.* minor ſeu vulgaris *Park.* Plinii *Ger.* lutea *J. B. Common baſe wild Rocket, by ſome Italian Rocket.* De hujus viribus nihil certi traditum invenio. In arvis cretaceis.

C. Rhamnus catharticus *J. B. C. B.* ſolutivus *Ger. emac.* ſolutivus, ſive Spina infectoria vulgaris *Park. Buckthorn, or common purging Thorn.* In ſylvis & ſepibus.

N. 1. Ex hujus baccis elicitur color quem *Sap-green* vocant. v. *C. C.*

2. Baccæ purgant bilem, pituitam, & maximè ſeroſos humores, unde uſus earum præcip. in cachexia, hydrope, arthritide.

Rhamnus ſecundus Cluſii *Ger. emac.* primus Dioſcoridis Lobelio, ſive litoralis *Park.* 4, ſive Salicis folio anguſto, fructu flaveſcente *C. B.* Rhamnus vel Oleaſter Germanicus *J. B. Sallow-Thorn, or Sea-Buckthorn. On the Sea-banks on Lindſey-coaſt, plentifully.* Mr. Liſter. *Alſo on the ſandy grounds about Sandwich and Deal in Kent.*

Rhodia radix *J. B. C. B. Ger. Park. Roſewort, or Roſt-root.* In excelſis montibus Cambriæ, Eboraci, Weſtmorlandiæ, &c. v. g. *Snowdon, Caderidris, Ingleborough, Hard-knot,* &c.

N. Modernis

N. Modernis practicis vix in usu est, nisi quòd interdum ad renum calculos decoctis incoquatur. *Schrod.*

Ribes sylv. *Matth. Cam.* Grossularia sylv. rubra *C. B.* An Ribes fructu rubro *Park.?* vulgaris acidus ruber *J. B.?* vulgaris fructu rubro *Ger.?* Grossularia multiplici acino, sive non spinosa hortensis rubra sive Ribes Officinarum *C. B. Red Currans.* In sylvis in Septentrionali comitatûs Eboracensis parte circa *Greta-bridge* inque Dunelmensi Episcopatu & Westmorlandia. *D. Johnson.*

N. Hujus acini, serapia, eclegmata & Robs sitim sedant, vomitiones sistunt, ventriculum roborant & cibi appetentiam invitant, febriles ardores restinguunt, bilem æstuantem reprimunt, dysentericis ex calida causa utiles.

C. Ribes nigrum vulgò dictum folio olente *J. B.* fructu nigro *Park.* 3, *Ger. emac.* Grossularia IT, sive non spinosa fructu nigro *C. B. Black Currans, Squinancy-berries.* Ad rivos, sed rariùs. Observavimus Abingtoniæ in agro Cantabrigiensi; Blunhamiæ in Bedfordiensi; in Cumberlandia quoque & Warwicensi agro, semper juxta aquas, unde Gesnero in *coll.* Ribes sylv. aquaticum Sabinæ ferè odore meritò denominatur. Olitoribus Gallis Piper hortense dicitur, teste Ruellio.

N. Nullus (quod equidem sciam) hujus in medicina usus. Nonnullis ejus foliis & fructu in condimentis utuntur. Baccas ad anginam utiles esse arguit nomen Anglicum.

C. Ros Solis folio oblongo *C. B.* Rorella sive Ros Solis foliis oblongis *J. B. Park. Sun-dew, or Rosa Solis with long leaves. On Hinton-moor near Cambridge.*

C. Ros Solis folio rotundo *Ger. C. B. Park. J. B. Sun-dew, or Rosa Solis with round leaves.* In humidis & palustribus variis in locis. Tho. Willisellus tres adhuc alias Rorellæ species se observâsse affirmat, 1. Perennem, foliis

ſiis ab eadem radice plurimis, pediculis ſeu ſcapis minimè villoſis; medio itinere inter Doncaſtriam & Bautrey, itémque Rownhaniæ tribus à Southamptonia M. P. 2. Folio longo ad imum uſque villoſo; tribus à Carleolo milliaribus verſus Scotiam. 3. Perennem folio rotundo ad medium ſcapi villoſo in Devonia.

N. 1. De viribus hujus plantulæ non conveniſ inter Botanicos. Sunt qui ad phthiſin, ad peſtem, ad vulnera, ad epilepſiam arcendam eam commendant: Alii è contra, nec ſine ratione, uſum ejus internum vetant, quoniam cauſtica eſt, & cuti impoſita ipſam exulcerat. Multa traduntur ſuperſtitioſa de hæc planta, quæ conſultò prætereo.

2. Aqua vitæ in qua Rorella infuſa eſt, pro cordiali habetur.

3. Ros Solis collectus quando Sol eſt in medio Leonis exiccetur, & ſacculo reconditus pectori applicetur. Arcanum eſt adversùs hæmorrhagiam nariuni, &c. Quin & conſerva Rorellæ ad ſputum ſanguinis commendatur, nec immeritò.

Roſa Pimpinellæ folio *Ger.* R. Pimpinella ſive pomifera minor *Park.* ſylv. 16, ſive ſylv. pomifera minor *C. B.* Roſa pumila ſpinoſiſſima, foliis Pimpinellæ glabris, flore albo *J. B.* itémque ſylv. pomifera Lobelio flore ſine ſpinis pumila, & Roſa arvina Tabern. ſpinoſa *ejuſdem J. B.* Hæc enim (ſi Parkinſono fides) & cum & ſine ſpinis apud nos reperitur: unde & C. Bauhinus non ſine ratione, Roſam ſylveſtrem pomiferam Lobelii & Roſam arvinam *Tab.* ad idem caput reducit. *The leſſer Pimpernel-Roſe.* In ſabuloſis. Speciem illam quæ ſpinis caret, apud nos inveniri non puto, niſi ex accidenti; & fortaſſe inter has duas non intervenit alia quàm accidentalis differentia.

Roſa ſylveſtris pomifera major *C. B. Park.* Roſa pomo ſpinoſa, folio hirſuto *J. B. The greater Apple-Roſe.* In Septentrionalibus Angliæ montoſis regionibus, Weſtmorlandia putà & Eboracenſi territorio copioſè.

C. Roſa

C. Rosa sylvestris inodora sive canina *Park.* sylv. 1, seu vulgaris flore odorato incarnato *C. B.* sylv. alba cum rubore, folio glabro *J. B.* canina inodora *Ger. The Briar-bush, or Dogs-Rose.* In sepibus.

C. Rosa sylvestris odora *Ger.* sylv. 4, sive sylv. foliis odoratis *C. B.* Rosa foliis odoratis, Eglentina dicta *J. B. The Eglantine, or Sweet-brier.* Hanc ego à vulgari Rosa canina specificè differre non concesserim: nullâ quippe re aliâ quàm foliorum odore differt; cúmque inter alias Rosas caninas hujus generis una vel altera sparsim & rariùs occurrat, & vix unquam plures simul, verisimile est has ab earum semine nasci. His adde, quòd Rosa Eglenteria transplantando interdum degeneret & odorem amittat, ut observavit Lobelius.

N. 1. Flores conveniunt qualitatibus cum rosis sativis, sed majorem vim adstringendi habent: proinde in profluvio uteri rubro & albo summæ sunt æstimationis. Fructus vi lithontriptica maximè commendantur, in qua tamen excellunt exempti arilli. *Schrod.*

2. Hujus & præcedentis capitula cùm jam maturescere, carnem seu pulpam continent saporis grati cum aliqua aciditate, quæ proculdubio ad æstum febrilem compescendum, appetitum excitandum, &c. perutilis foret. D. *Needham* conservam ex hac pulpa paratam in Officinis vulgarem esse, nec ad febriles tantùm, sed & scorbuticos affectus calidiores utilissimam affirmat. Commendatur hæc conserva ad sputum sanguinis, nec immerito.

3. Insanabilis ad hosce annos fuit rabidi cani morsus, pavorem aquæ, potúsque omnis afferens odium. Nuper cujusdam militantis in prætorio mater vidit in quiete, ut radicem sylvestris Rosæ blanditam sibi aspectu pridie in fructecto mitteret filio bibendam: In Lusitania res gerebatur proxima Hispaniæ parte: casúque accidit ut milite à morsu canis incipiente aquas expavescere, superveniret epistola orantis ut pareret

ret religioni: ſervatúſque eſt ex inſperato, & poſtea quiſquis auxilium ſimile tentavit. *Plin. hiſt.* lib. 2. cap. 2.

4. In hujus ramis, fractis præcipuè alitérve læſis, per æſtatem muſcoſum quoddam corpus herbacei & rubeſcentis coloris ſæpe excreſcit, quod *Bedeguar* Lobelius, ſpongiolam alii appellant, vulgus [Germanicum ſci. circa Norimbergam] quòd ſuppoſitum ſomnum incumbentibus provocet, *Den Schlaff*; cujus cineres ad dyſuriam, tineas ad vermes expellendos *Cam.* laudat. *Cat. Altd.*

Roſmarinum ſylveſtre minus noſtras *Park.* Viti Idææ affinis Polifolia montana *J. B. Hiſt. plant.* lib. 5. cap. 10. Myrtus tenuifolia *Thalii. Wild Roſemary. We have obſerved it in many Moſſes and mooriſh grounds in Cheſhire, Lancaſhire and Scotland.* Rectiùs diceretur Erica Roſmarini foliis.

C. Rubeóla arvenſis repens cærulea *C. B.* minor pratenſis cærulea *Park.* Rubia parvo flore cæruleo ſe ſpargens *J. B. Little field-Madder.* In arvis.

Rubia tinctorum *Ger.* ſativa, an ſylveſtris Monſpeſſulana minor? *J. B.* major ſativa ſive hortenſis, an ſylveſtris? *Park.* tinctorum ſativa, an potiùs ſylveſtris aſpera ſive ſylv. Dioſcoridis *C. B?* Puto enim has duas non differre ſpecie, ſed culturâ tantúm. *Madder. On St. Vincents Rock near Briſtow: on the Rocks near Bediford plentifully, and almoſt all over the South part of Devonſhire, in the hedges.* Sunt ei folia minora, atrovirentia, cùm ſativæ pallidiora ſunt & majora.

N. 1. Vulnerariis potionibus admiſcetur; an verò abſtergat & aperiat, an potiùs aſtringat, controvertitur. Qui adſtrictionem ei tribuunt, adversùs fluxum menſtruum, hæmorrhoidum & dyſenteriam propinant: Qui aperiendi poteſtatem, in ictero, hydrope, urinâ obſtructâ & ſanguine coagulato exhibent. Et fortaſſe utriuſque qualitatis particeps eſt, primò aperi-

rientis, postea adstringentis, quemadmodum Rhabarbarum.

3. Adhibetur & à tinctoribus ad coloris rubri præparationem; quæcunque autem tingendo idonea sunt, tenuium partium meritò censentur.

C. Rubia angulosa aspera *J. B.* sylvestris lævis *C. B.* an sylvestris *Ger? Wild Madder, or great bastard Madder.* In sepibus frequens. Hæc etiam planta (ni multùm fallor) Lobelio in *Obs.* inscribitur Mollugo vulgatior herbariorum, Galion album quorundam: éstque Mollugo prima *Dod.* montana *Ger.* vulgatior *Park.* Mollugo montana angustifolia, vel Gallium album latifolium *C. B.* ut cuilibet figuras conferenti patebit: sicque ex una planta, ut aliàs sæpè, duas fecerunt.

C. Rubia cynanchica *J. B.* 6, sive cynanchica *C. B.* Synanchica Lugd. p. 1125. *Ger. Squinancy-wort. Or Gogmagog-hills, Newmarket-heath, Sussex-downs, and other the like barren and chalky grounds.*

Rubia erecta quadrifolia *J. B. Narrow-leaved Crosswort Madder.* Propè *Orton*, Winandermere, & alibi in Westmorlandia, & Septentrionalibus Angliæ montosis. Apud alios autores nulla ejus mentio quod sciam.

Rubus Alpinus humilis *J. B.* Chamærubus spinis carens 1, seu saxatilis *C. B.* Rubus saxatilis *Ger.* Alpinus saxatilis *Park. The stone Bramble, or Raspis.* An Rubus tricoccos *Park? In the North-west part of Yorkshire, and divers other places on the sides of the Mountains.*

Rubus Idæus *Ger. Park.* Idæus spinosus *C. B.* Idæus spinosus fructu rubro *J. B. Raspberry-bush, Framboise, Hindberry. Among the mountains in the North of England, and in Wales abundantly.*

N. 1. Hujus baccæ eadem vires obtinent quas mora Rubi vulgaris: magis tamen cordiales sunt & gustui gratiores.

2. Aqua

2. Aqua è moris Rubi Idæi deſtillata, vel eorundem conſerva & gelatina, vel ſyrupus è ſucco paratus, ad febres ardentes conducunt: ſiquidem tum odore ſuaviſſimo violaceo quem expirant, tum ſapore gratiſſimo inter dulcem & acidum & naribus & palato ſe commendant, córque roborant & exhilarant.

3. Ex moris Rubi Idæi exprimi poteſt vinum ad uſus multos, nimirum ventriculum imbecillum, alvi fluxus, variósque gingivarum, dentium, uvulæ, palati, aliarúmque partium affectus.

4. Qui cibos in ventriculo continere nequeunt, & frequentibus vomitionibus infeſtantur, his fructus Rubi Idæi devoratus, & folia recentia tuſa, ac foris ſtomacho impoſita, mirè proſunt. *Trag.*

C. Rubus minor fructu cæruleo *J. B.* repens fructu cæſio *C. B. Ger. emac.* minor, Chamærubus ſive Humirubus *Park. Small Bramble, Dewberry.* Inter ſegetes, & in ſylvis cæduis.

C. Rubus major vulgaris *Park.* Rubus *Ger.* 1, vulgaris, ſive Rubus fructu nigro *C. B.* major fructu nigro *J. B. Blackberry-buſh, or Bramble.* In ſepibus & dumetis ubique.

N. 1. E ſucco mororum Rubi vulgaris expreſſo & fermentato cum tantillo Sacchari, paratur vinum ſatis generoſum & guſtui gratum.

2. Fructus immaturus aſtringit potenter, maturus temperatior eſt & ſubaſtringit. Uſus præcip. in quibuſcunque profluviis, vomitu, fluxu alvi, uteri, narium, &c. Extrinſecùs in aphthis aliiſque ulceribus oris, in vulneribus aſtringendis, &c. *Schrod.* Commendatur quoque, nec ſine ratione, ad ſcorbutum; ſiquidem nec facie nec qualitatibus multum videtur differre à fructu Chamæmori Alpinæ, qui ſolus ad ſcorbutum percurandum ſufficere perhibetur. Quocirca non eſt cur ejus eſus tam ſeverè pueris interdicatur.

3. Rubi vulgaris baccæ ſuccum exhibent, qui in forma ſyrupi exhibitus maximæ efficaciæ eſt in dyſuria. *D. Needham.*

Ruſcus *J. B. C. B. Park.* Ruſcus ſive Bruſcus *Ger. Knee-holm or Holly, Butchers-broom.* In ſepibus & dumetis, ſed rarior.

N. Radix hujus recenſetur inter 5 aperientes. Uſus præcip. in obſtructione hepatis [ictero] urinæ [ſtranguria] menſium. Alii de his qualitatibus dubitant, aiúntque in oſſibus fractis conſolidandis non minus efficacem eſſe Polygonato aut Symphyto majore.

Ruta muraria, *v.* Adianthum album.

Pratenſis, *v.* Thalictrum.

S

C. SAgitta major *J. B.* aquatica major *C. B.* major latifolia *Park.* Sagittaria major *Ger. Great Arrow-head.* In aquis.

C. Sagittaria minor anguſtifolia *Park.* Sagitta aquatica minor anguſtifolia *C. B.* Sagitta, & Sagitta minor anguſtifolia *J. B. Small Arrow-head.* Cum priore. Florent Maio & Junio menſibus.

C. Salix vulgaris alba arboreſcens *C. B.* maxima fragilis alba hirſuta *J. B.* arborea anguſtifolia alba vulgaris *Park.* Salix *Ger. The common White Willow.*

C. Salix folio utrinque glauco, viminibus rubris *C. C.* Salix vulgaris rubens *C. B. The Common red Willow.* Haſce varietates jam pro diſtinctis ſpeciebus non habeo, quamvis in Catalogo Cantabrigienſi pro diverſis poſuerim. Namque in eadem ſpecie alias ſalices flores duntaxat proferre, (ità enim appello nucamenta illa caduca quibus ſemen non ineſt) alia ſemina obſervavi,

ſervavi. Has, ſi vis, fœminas, illas mares appelles. An verò quæ ſemel flores edant, aut fructum ſeu ſemina, conſtanter id faciant; an ſubinde mutent, & alternis flores & ſemina proferant, mihi nondum compertum eſſe fateor.

C. Salix folio lato ſplendente fragilis *C. C.* An Salix fragilis *C. B?* Salix ſpontanea fragilis Amygdalino folio non auriculata *J. B? The Crack-Willow.*

C. Salix folio ſplendente auriculato flexilis *C. C.* Salix folio Amygdalino utrinque virente aurito *C. B?* Salix ſpontanea Amygdalino folio fragilis auriculata *J. B?* Deſcriptio in reliquis convenit fragilitate exceptâ. *The round-eared ſhining Willow.*

Salix humilis, corticem abjiciens. *Near the ſmall brook that runs into the River at Darking in Surrey.* Hujus Juli tomento quodam ceu *Cotone* arctè glomerato compacti ſunt. *Th. Williſell.*

C. Salix humilior foliis anguſtis ſubcæruleis *C. C.* An Salix tenuior folio minore utrinque glabro fragilis *J. B? The Yellow Dwarf-Willow.* v. *C. C.*

Cortex ramorum interior pulchrè luteus aquam in qua aliquandiu maceratur eodem colore tingit, ut aqua inſtar vini Hiſpanici appareat.

Salix folio laureo, ſive lato glabro odorato. *Bay-leaved willow, or ſweet Bay-Willow.* In Weſtmorlandia & montoſa comitatûs Eboracenſis parte copioſam obſervavimus ad rivos aquarum.

Salix pumila anguſtifolia 2, ſive pumila brevi anguſtóque folio incano *C. B.* humilis repens *Ger.* anguſtifolia Lobelii *J. B.* anguſtifolia repens *Park. The creeping Dwarf-Willow.* In ericetis & paluſtribus plurimis in locis. Invenimus folio utrinque lanuginoſo & argenteo in arenoſis propè *Sandvicum Cantii* maritimum oppidum. Ab hac fortè ſpecie diverſa non eſt Chamæitea, ſive Salix pumila *Ger.* pumila anguſtifolia recta *Park.* pum. anguſtifolia pronâ parte cinerea *J. B.* pumila linifolia incana *C. B.* Eſt enim plerun-

que folio ſupernè virenti, ſubtus cinereo aut incano. Species omnes hactenus memoratæ folio ſunt compactiore. Priores tres in arbores ſatis grandes & proceras adoleſcunt, reliquæ humiliores plerumque ſunt & fruticoſæ; juſtam arboris magnitudinem aut ſtaturam rarius aſſequuntur.

Salix pumila folio rotundo *J. B. Round-leaved Dwarf-willow. On Ingleborough-hill, on the Rocks on the North-ſide; and on a hill called Whern-ſide, over againſt Ingleborough-hill, on the other ſide the ſubterraneous River.* Th. Williſell.

C. Salix folio ex rotunditate acuminato *C. B.* caprea latifolia *Ger.* latifolia oblongior *Park.* latifolia inſernè hirſuta *J. B. Common Sallow.* In ſepibus vulgatiſſima.

C. Salix latifolia rotunda *C. B.* caprea rotundifolia *Ger.* latifolia infernè hirſuta *J. B.* qui hanc à priore non vult ſpecie differre: latifolia rotunda *Park. Round-leaved Sallow.* Cum priore. Quamvis J. Bauhini ſententiæ ſuffragamur, quia tamen alii has diſtinguunt, & utraque varietas apud nos occurrit, duos illis titulos permiſimus.

N. 1. Salicem roſeam non eſſe ſpeciem à reliquis diſtinctam, nobis compertum eſt. Nam capitula hæc ſquammoſa roſarum imitamenta in diverſis Salicum ſpeciebus obſervavimus, v. g. in Salice alba vulgari, in caprea latifolia, in humiliore foliis anguſtis ſubcæruleis; in chamæitea, &c. v. *C. C.*

2. Magnitudo ſeminis non ſemper reſpondet magnitudini plantæ; ſiquidem arbores nonnullæ eximiæ proceritatis, minutiſſima ſemina proferunt, ut Salix, Betula, Populus, Ulmus, &c. At neque magnitudinis proportio obſervatur perpetuo inter animalia eorúmque ova: nam aves illæ pro corporis ratione maxima pariunt, quæ ſingulis annis ſingula duntaxat ponunt, quales ſunt Anas Arctica *Cluſii*, Alca *Wormii*, Lomwia *Aldrovandi*. Et Aſtacorum fluviatilium

ova tanto majora ſunt ovis locuſtarum marinarum, quanto corpora corporibus minora. Hoc tamen in univerſum verum puto, quòd quò ſemina minora ſunt in quavis ſpecie eò ſint & copioſiora. Hinc Nicotiana quæ in herbarum genere minima pro magnitudinis ratione ſemina profert, alias omnes fœcunditate excedit; ſiquidem P. Laurembergius ex una planta collegit grana numero 360000. *Hortícult. lib.* 1 *cap.* 17.

Salix latifolia folio ſplendente. *Sallow with a ſhining leaf. This I obſerved growing plentifully about Oſten in Cumberland ſome* 12 *or* 14 *miles from Pereth in the way thence to Newcaſtle.*

C. Salix folio longiſſimo *C. C.* anguſtis & longiſſimis foliis criſpis ſubtùs albicantibus *J. B.* apud quem vide & deſcriptionem. *The Oſier.*

C. Salix longifolia non auriculata folio & viminibus ſubluteis. *C. C. The long-leaved yellowiſh Sallow.* Decimam ſpeciem *C. C.* quia nunc mutatâ ſententiâ ab hac non putamus diſtinctam omiſimus. Priores ſeptem ſpecies (ut diximus) folio ſunt compactiore & firmiore durioréve: reliquæ quatuor folio laxiore & rarioris texturæ: *They are all found in Oſier-holts, and by the ſides of rivers and Water-courſes.*

N. Salicis cortex, folia, juli refrigerant & ſubaſtringunt, unde & hæmorrhagiam quamcunque ſiſtunt. Decoctum foliorum, &c. libidinem arcere dicitur; unde & ὠλεσίκαρπον ab Homero denominatam volunt, non quòd ſterilis ſit aut infrugifera, cùm hoc experientiæ repugnet; neque quoniam ocyſſimè amittat ſemen antequam omninò maturitatem ſentiat, ut ait Plinius, nam ſalices omnes ſemen perficiunt, & nonnullæ etiam diu retinent. Folia ſtrata in pavimento utilia ſunt in aere refrigerando. Lachryma quæ cortice vulnerato extillat, commendatur ad ruborem & lippitudinem oculorum.

Salvia agreſtis ſive Sphacelus *Dod.* Scorodonia ſive Salvia agreſtis *Ger.* Scordium alterum ſive Salvia agreſtis *C. B.* Scorodonia ſive Scordium alterum quibuſdam & Salvia agreſtis *Park.* Scordotis ſive Scordium folio Salviæ *J. B. Wood-Sage.* In ſylvis & dumetis.

N. Hujus decoctum urinam & menſes cit; in lue Venerea utiliter exhibetur. Vulneraria eſt è præcipuis, ſive interiùs ſumpta in potionibus, ſive exteriùs applicata. Viribus autem cum Scordio convenire videtur, aut (ut vult Schroderus) cum Hormino. Inſigne eſt antiſcorbuticum, & neuriticum.

C. Sambūcus aquatilis ſive paluſtris *Ger.* paluſtris ſive aquatica *Park.* aquatica *J. B.* aquat. flore ſimplici *C. B. Water-Elder.* Ad aquas.

N. Hujus baccæ ad ʒ ii. in jure pingui alterato comâ Abſinthii ſeroſitates per vomitum benignè evacuant. *Prævot.* medic. pauperum.

C. Sambūcus *Ger.* vulgaris *Park. J. B.* 1, ſive fructu in umbella nigro *C. B. Common Elder.* In ſepibus.

N. 1. Cortex interior educit ſeroſos humores, unde & hydropicos juvat. Idem ſed mitiùs præſtant turiones & gemmæ in aceturiis adhiberi ſolitæ. Baccæ ſudoriferæ ſunt & alexipharmacæ, pariter & flores, quorum uſus eſt in erysipelate præcavendo & abigendo, quartanâ curandâ, &c.

2. Acetum in quo flores macerati ſunt, in cibis ventriculo gratum, appetentiam excitat, craſſos crudóſque humores incidit & attenuat.

3. Sambuci ſpiritus è baccis elicitus inter præcipua eſt diaphoretica: itémque antifebrile nobiliſſimum. Vinum ex ejuſdem ſucco vel mero, vel cum vino albo aut Rhenano compoſito, mira præſtat in hydrope. *D. Needham.*

4. De viribus & uſu Sambuci integrum librum ſcripſit Martinus Blockwitzius, cui titulus *Anatomia Sambuci*, quem adi.

8. Cortex

5. Cortex interior ambuſtis impoſitus ad ardorem igneum extinguendum utilis eſſe perhibetur. *D. White.*

6. Ad Arthritin. ℞. folia Sambuci; immittantur in ollam vitreatam, adeò ut ſine plicaturis ollam impleant, optimè ſæpe premendo: tege operculo; per annum ſub terram reconde. In ſuperiori parte cruſta deprehendetur, in inferiore oleum, quo nihil efficacius, ſæpe probatum. Flores Saccharo conditi ad idem valent. *D. Hulſe* è MS nondum edito.

7. Decoctum corticis mediani hujus vel Ebuli cum ſyrup. Papav. ad ſudores movendos valet. Narcotica diureticis vel diaphoreticis addita ſudores magis promovent, ut patet in theriaca & mithridatio cum opio. *D. Bowle.*

℄. Sanicŭla ſive Diapenſia *Ger.* vulgaris, ſive Diapenſia *Park.* San. Officinarum *C. B.* mas Fuchſii, ſive Diapenſia *J. B. Sanicle.* In ſylvis umbroſis & ſepibus.

N. Vulneraria eſt è præcipuis. Internis & externis vulneribus, ſanguinis eruptionibus, ulceribus, dyſenteriis, ruptis & vulſis auxiliatur decocta, pota & impoſita *Lob.*

† Saponaria concava Anglica *C. B.* Anglica convoluto folio *Park.* Gentiana folio convoluto *J. B.* concava *Ger. Hollow-leaved Sopewort. This was firſt found by Gerard, in a ſmall grove of a wood, called the Spiney, near Lichbarrow in Northampton-ſhire.*

℄. Saponaria *Ger.* vulgaris *Park. J. B.* major lævis *C. B. Common Sopewort.* Ad fluvios in Cambria & Angliæ Occidentalibus vidimus non ſemel.

N. 1. Attenuat, ſtrenuè aperit, ſudorifera eſt. Uſus in aſthmate, utero & menſibus ciendis. Decoctum ejus in lue Venerea commendat Septalius. Extrinſecùs ptarmica eſt, tumores ac præcipuè panos diſcutit. *Schrod.*

2. Decoctum Saponariæ, Papaveris ſpumei & Scorodoniæ in lue Venerea non minùs efficax eſt quàm

quàm Guaiaci aut Saſſafras, nec minùs potenter ſudores movet. *D. Bowle.* Folia fonticulis impoſita hederaceis præſtant. *Idem.* Mel hujus vel Perſicariæ maximopere conducit ad ulcera Venerea aut alia quæcunque. *Idem.*

3. Maculas unctuoſas veſtium tolli ſi cum Saponaria herba laventur, extra controverſiam verum eſt. *J. B.*

Satyrium, *v.* Orchis.

C. Saxifrăga alba *Ger.* alba vulgaris *Park.* rotundifolia alba *C. B.* alba, radice granuloſa *J. B. White Saxifrage.* Floret circa finem Aprilis & initio Maii. In aggeribus & pratis ſiccioribus.

N. Diuretica eſt. Ab effectu nomen habet, ſiquidem veſicæ ac renum vitiis ac doloribus mederi, calculos & arenas diſſolvere ac pelleré, urinas provocare, ſtillicidióque auxiliari dicitur.

Saxifrăga aurea *Ger. Park.* an aurea Dodonæi *J. B?* rotundifolia aurea *C. B. Golden Saxifrage.* In humidis, umbroſis, riguis, paluſtribus & muſcoſis locis.

Saxifrăga aurea foliis pediculis oblongis infidentibus. Saxifraga aurea Dodonæi *J. B.* quoad iconem. *Golden Saxifrage, with long foot-ſtalks.* In paluſtribus & aquoſis priore non minùs frequens.

C. Saxifrăga Anglica facie Seſeli pratenſis *Ger.* Seſeli pratenſe noſtras *Park.* Saxifraga Anglorum, foliis Fœniculi latioribus, radice nigra, flore candido, ſemine fœniculi, ſimilis Silao *J. B. Meadow-Saxifrage.* Inter hanc & Seſeli pratenſe Monſpelienſium ego nullam potui obſervare differentiam.

N. Hujus plantæ ſuccus, decoctum, aqua deſtillata vel ſemen in pulvere efficax eſt, vulgi experimento, in urinâ ciendâ, calculo atterendo & expellendo, flatibus diſcutiendis, &c.

C. Saxifrăga Anglicana alſinefolia *Ger.* An Caryophyllus minimus muſcoſus noſtras *Park. Pearlwort, Chickweed Brake-ſtone.* In uliginoſis.

C. Saxi-

C. Saxifräga paluſtris Anglica *Park.* Alſine paluſtris foliis tenuiſſimis, ſive Saxifraga paluſtris alſinefolia *Ger. emac. Engliſh Marſh-Saxifrage.* In ſocis paluſtribus & putridis. Florem obtinet album pro plantulæ modulo ampliſſimum.

C. Scabiōſa major vulgaris *Ger.* major communior hirſuta folio laciniato & non laciniato *J. B.* pratenſis hirſuta, quæ Officinarum *C. B.* vulgaris pratenſis *Park. Common field-Scabious.* In ſatis & pratis.

C. Scabiōſa vulgaris flore pleno *C. C. Double-flower'd-Scabious. In many Meadows and Cloſes about Teverſham, Balſham and elſe-where in Cambridge-ſhire.* Hæc à priore accidentaliter tantùm, non ſpecificè differt.

C. Scabiōſa minor ſive Columbaria *Ger.* minor vulgaris *J. B.* minor campeſtris *Park.* capitulo globoſo minor *C. B. The leſſer field-Scabious.* In paſcuis ſiccioribus & montoſis.

N. 1. Sudorifera, alexipharmaca ac pulmonica eſt. Uſus præcip. in apoſtematibus, pleuriſi, angina, tuſſi, aſthmate, peſte, fiſtuloſis ſeu manantibus ulceribus. Extrinſecùs in ſcabie, pruritu, impetigine, in achoribus ac tinea capitis, in furfuribus ac lendibus capitis; in ſugillatis ac maculis faciei, doloribus hæmorrhoidum [in ſuffitu vaporoſo] *Schrod.*

2 Exhibetur autem interiùs tum decoctum herbæ, tum ſuccus ejus expreſſus aut aqua deſtillata. Exteriùs ſuccus ejus vel per ſe illinitur vel unguentis additus

Scabioſa ovilla. *v.* Rapunculus Scabioſæ capitulo.

Scandix, *v.* Pecten Veneris.

Scolopendria, *v.* Aſplenium.

C. Scordium *J. B. C. B. Ger.* legitimum *Park.* Mithridatium verum ſive peſtifugum *Cat. Altd. Water-Germander.* In paluſtribus Elienſibus copioſe.

N. Alexipharmacum ac ſudoriferum eſt. Uſus præcip. in peſte ac peſtilentialibus morbis, febribúſque malignis tam præſervando quàm curando: in obſtructionibus

obſtructionibus epatis ac lienis ; in pulmonibus purulentis ac mucilagine refertis. Extrinſecùs mundificat vulnera ac ulcera, lenit dolores podagricos *Schrod.* Succus ejus ſeu pulvis valet ad lumbricos ventris. Verùm præcipua ejus vis eſt in veneno expellendo,& adversùs peſtem aliósque morbos contagioſos.

C. Scrophularia major *Ger.* major vulgaris *Park.* vulgaris & major *J. B.* nodoſa fœtida *C. B.* *Figwort.* In ſylvis.

N. 1. Ex re nomen habet, ſiquidem radix ejus ſtrumas & hæmorrhoidas ſanat. Utilis inſuper eſt in cancroſis ſerpentibus ulceribus & maligna ſcabie.

2. Siquis hæmorrhoidum cæcarum inſano dolore torqueatur, minimum quid Scrophulariæ vel radicis, vel foliorum cum cibo aut potu capiendo ſtatim dolore liberatur, ſive ipſam plantæ ſubſtantiam ſiccam aut viridem, ſive decoctum ejus aſſumat. *Henr.* ab *Heers* in *Obſerv.* qui ſe hoc ſæpius expertum ait.

3. Ex hac herba unguentum conficitur ad omnis generis ſcabiem utiliſſimum, quo ipſe (inquit Tragus) Scabies lepræ ſimillimas ſanari vidi. Ejus a. compoſitio ſic ſe habet. Maio menſe ſumatur herba cum radice, ſordibus diligenter expurgata & lota, eáque contundatur poſt ſuccum indè expreſſum in anguſto vitro probè obturato per annum conſervetur. Cúmque unguentum parare volueris, tum expreſſi ſucci, ceræ & olei æquis portionibus tantum accipe quantum unguenti parandum erit, quod ubi feceris conjunctim ea ſuper carbones decoquantur, & eo uſque temperentur donec unguentum fiat. *Trag.*

C. Secale *Ger.* *J. B.* vulgatius *Park.* hybernum vel majus *C. B.* *Rie.* Seritur in agris.

N. 1. Proximum inter frumenta à Tritico locum vendicat. Panis ex eo factus lentoris & obſtruentis naturæ nonnihil obtinet, difficulter concoquitur, ac ventriculo gravis, eſt, præſertim ſi furfurum expers fuerit. Admiſcetur huic non rarò triticum, ut panem leviorem gratioremque efficiat.

2. Per

2. Per frequentes pluvias grana ſpicarum inferiora in Secali per maturitatem in grana atropurpurea excreſcunt, quæ ſubſtantiæ farinaceæ, ſaporis Malti Noricis *Mutter-corn* dicuntur, & ſingulare præſidium ad compeſcendum lochiorum fluxum habentur. *Cat. Altd.* Secale hoc modo degenerans. Secale luxurians *C. Bauhino* appellatur, Secales mater *Thal.* Clavi Siliginis *Lon.*

Sedum Alpinum trifido folio *C. B.* Alpinum laciniatis Ajugæ foliis *Park.* Sedis affinis triſulca Alpina flore albo *J. B. Small mountain-Sengreen, with jagged leaves. On Snowdon and other high mountains in Wales, as alſo on Ingleborough-hill in York-ſhire, and many other mountains in the North.*

C. † Sedum majus vulgare *C. B. J. B. Park.* Sempervivum majus *Ger. Common great Houſe-leek.* In muris & tectis frequentiſſimum, neſcio tamen an ullibi apud nos ſua ſponte proveniat.

N. Refrigerat & aſtringit, ſuccus & aqua deſtillata ardoribus & inflammationibus quibuſcunque ſubveniunt, v. g. febribus biliofis intrò aſſumpta; eryſipelati, ambuſtis, inflammationibus oculorum, anginæ, ulceribus cancroſis & podagræ exteriùs applicata.

Sedum, Alpinum luteum minus. *Small yellow mountain-Sengreen. On the ſides of Ingleborough-hill, about the rivulets and ſprings of water, on the North-ſide of the hill, plentifully. I found it alſo in the like places about Shap in Weſtmorland.* Folia huic anguſta, longa, pallide virentia glabra. Flores in ſummitatibus ramulorum 3 aut 4, & interdum plures lutei circa umbilicum punctis croceis notati. Julio & Auguſto floret. Non multum differt à Sedo parvo montano luteo *J. B.* i. e. Sedo Alpino flore pallido *C. B. Park.*

Sedum Alpinum ericoides purpureum vel cæruleum *C. B. J. B. Mountain Heath-like Sengreen with large purple flowers.* In rupibus ad latus Septentrionale montis *Ingleborough* copioſiſſimè. Primo vere floret. Folia

ejus

ejus Serpyllum potius quàm Ericam imitantur.

C. Sedum minus hæmatodes *Ger.* minus flore luteo *J. B.* minus V, ſive minus luteum folio acuto *C. B.* Vermicularis & Craſſula minor vulgaris ſive Illecebra major *Park. The moſt ordinary yellow Prick-madam, or Stone-crop.* In muris & tectis paſſim.

Sedum minus à rupe S. Vincentii. *S. Vincents Sengreen.* Locum titulus indicat. Eſt hoc præcedente minus, foliis denſiùs ſtipatis.

C. Sedum minus Officinarum *Ger.* minus 1, ſive minus teretifolium album *C. B.* minus folio longiuſculo tereti, flore albo *J. B.* Vermicularis flore albo *Park. White-flower'd Stone-crop, or Prick-madam, with round-pointed leaves.*

Sedum parvum paluſtre flo. incarnato. An Sedum purpureum pratenſe *J. B?* arvenſe ſive paluſtre flo. rubente *Park?* paluſtre ſubhirſutum purpureum *C. B? Small Marſh Sengreen or Stonecrop. On the moiſt ſprings about Ingleborough-hill and elſewhere, as* v. g. *Hartſide-hill near Gamblesby in the way to Oſten Cumber.* Hæc planta minor eſſe videtur Sedo illo paluſtri à Cluſio depicto. T. W. annuam eſſe vult, ſeque deciduo ſemine renovare.

C. Sedum parvum acre flore luteo *J. B.* minus 8, ſeu Sempervivum minus vermicularum acre *C. B.* Vermicularis ſive Illecebra minor acris *Ger.* Illecebra minor, ſive Sedum 3 Dioſcoridis *Park.* Herba arthritico-ſcorbutica *Cat. Altd. Wall-Pepper, Stone-crop.* In muris, tectis & ſiccioribus.

N. Foris admotum rubificat, veſicas excitat, & tandem exulcerat. Succus cum aceto vel alio liquore extractus vomitum movet, ac craſſos, pituitoſos ac bilioſos humores educit, & ſubinde ità quartanis, &c. liberat. *Dod.* Extrinſecùs in laxitate dentium, ac putredine gingivarum ſcorbutica prodeſt. *Schrod.*

Sedum minimum non acre flore albo. *Small Stone-crop, with a white flower.* In ſterilioribus Suffolciæ itinere

à Yar-

à *Yarmouth* ad *Dunwich* plurimum obſervavimus. Nec minus abundat in rupibus Weſtmorlandicis & Lancaſtrenſibus propè lacum *Winandermere*.

C. Selinum Sii foliis *Ger.* ſegetale *Park. Hone-wort. On dry banks, and ſometimes in the corn-fields.* Affinis eſt hæc planta Amomo Germanico dicto, & ad Paſtinacas referri debet.

N. Succus herbæ potus tumores diſcutit. v. *Ger. emac.* p. 1018.

C. Senecio hirſutus viſcidus major odoratus *J. B.* 3, ſive incanus pinguis *C. B.* fœtidus *Park.* Erigerum tomentoſum alterum *Ger. emac. Cotton Groundſel, or ſtinking Groundſel. On the Fen-banks in the Iſle of Ely plentifully.* Invenitur & in arenoſis paſſim.

C. Senecio vulgaris *Park.* minor vulgaris *C. B.* vulgaris ſive Erigeron *J. B.* Erigeron *Ger. Groundſel, herb Simpſon.*

N. 1. Hujus ſuccus vel decoctum cum uvis Corinthiacis leniter purgat per vomitum, ut quotidiana experientia docet. Uſus ejus in cholera, ictero, intemperie calida hepatis, lumbricis, iſchiadico dolore, &c. *Schrod.* Extrinſecùs in mammis inflammatis, ſcabie capitis, ſtrumis, dolore ventriculi, urinâ remoratâ, arthritide, vulneribus.

2. Veterinarii noſtri & hippiatri ſuccum ejus expreſſum equis præbent adversùs ventriculi & inteſtinorum vermes *Botts* dictos, haud dubio ſucceſſu.

Seriphium, *v.* Abſinthium marinum.

Serpyllum citratum *Ger. Park.* citrii odore *J. B.* Serp. V, ſeu foliis citri odore *C. B. Lemon-Thyme.* In montoſis, ſed rariùs.

C. Serpyllum hirſutum *Ger. emac.* 8, i. e. anguſtifolium hirſutum, ſive montanum repens hirſutum *C. B?* an anguſto, lanuginoſóque folio *J. B?* Serpylli Pannonici Cluſii varietas altera *Park? Hairy wild Thyme. On Gogmagog-hills, and the like barren places.* Vix alia in re quàm foliorum hirſutie à Serpyllo vulgari differt.

An

An Serpyllum latifolium hirſutum *C. B. Park.*? nam deſcriptio Serp. Pannonici 3 apud Cluſium ei non competit.

C. Serpyllum vulgare *Ger. J. B.* vulgare minus *Park. C. B. Wild Thyme, Mother of Thyme.* In montoſis & ſicciori-bus.

C. Serpylli vulgaris ſecundum genus *J. B. Mother of Thyme, with large flowers.* Cum priori ſæpiùs reperitur.

N. Cephalicum eſt, uterinum ac ſtomachicum: Menſes & urinas movet, utile eſt in ſpaſmo & expuitione cruenta, torminibus ventris, &c. Extrinſecùs arcet vigilias, cephalalgias, vertigines, &c.

C. Serratula *J. B. C. B.* purpurea *Ger.* vulgaris flore purpureo *Park. Saw-wort.* In pratis humidioribus & ſylvis.

N. Vulneraria eſt, ulcera mundat & carne replet, hæmorrhoidum dolores mulcet, enterocelas ſanat. Contuſis & ab alto devolutis confert, tum radix in vino decocta, tum folia.

C. Seſamoides Salamanticum magnum *Ger.* Muſcipula Salamantica major *Park.* Muſcipula muſcoſo flore, ſive Ocymoides belliforme *J. B.* Lychnis viſcoſa X, ſive viſcoſa flore muſcoſo *C. B. Spaniſh Catch-flie. In and about the Gravel-pits, as you go to the neareſt Windmill on the North-ſide of Newmarket-town, and in other like places toward Thetford, Lynne,* &c. *By the way ſide all along as you ride from Barton mills to Thetford in Norfolk abundantly.*

Sideritis arvenſis rubra *Park. v.* Ladanum ſegetum.

Sideritis arvenſis latifolia glabra *Ger. C. B. Park.* glabra arvenſis *J. B. Smooth broad-leaved Ironwort.* In Occidentali comitatûs Eboracenſis parte, v. g. circa *Wakfield, Darfield, Sheffield,* &c. Inter ſegetes.

Cùm nec titulus ipſe, nec deſcriptiones autorum huic plantæ per omnia convenirent, eam in hunc modum quàm potuimus accuratè deſcripſimus. Radice nititur albâ lignoſâ, fibris majuſculis donatâ, annuâ, ſapore

ſapore ſubdulci. Caulis ei pedalis, firmus, quadratus, hirſutus, ramulos fundens hinc indè ex adverſo geminos. Folia quàm Ladani ſegetum dicti latiora, pediculis ſuffulta, è lata baſi in acutum mucronem ſenſim definentia, denticulis majoribus ſerrata, brevi & vix conſpicua lanugine hirſuta, ad tactum mollia. Flores in ſummitatibus caulis & ramulorum verticillatim diſpoſiti, galeati, longi, exteriùs piloſi, albidi cum aliquâ flavedinis aut viroris mixturâ. Floris labellum in tria ſegmenta diviſum, intùs macula ſaturatiore è flavo virenti pingitur. Calyces florum in quinque ſpinulas definunt, intùs quatuor ſemina fuſca grandiora continentes. Julio menſe & circa principium Auguſti floret.

Sideritis humilis lato obtuſo folio *Ger. emac.* Alſines Triſſaginis folio *C. B. Park.* qui eam iterum exhibet tanquam novam & à ſe inventam ſub titulo *Sideritidis hederulæ folio.* An Sideritis folio rotundiore *J. B? Petty All-heal.* Inter ſegetes.

C. Sideritis Anglica ſtrumoſa radice *Park.* Panax coloni & Marrubium aquaticum acutum *Ger.* Stachys 7 five paluſtris fœtida *C. B. Clowns All-heal.* Ad fluvios, & in aquoſis. Galeopſis anguſtifolia fœtida *J. B.*

N. Sideritis aſtringit, hæmorrhagiam ſiſtit, catarrhos & deſtillationes à capite compeſcit. Vulneraria eſt, intùs & extra adhiberi apta, præcipuè in herniis. *Schrod.* Gerardus Panacis ſui efficaciam in vulneribus ſanandis, experientiâ coloni cujuſdam Cantiani, qui crus ſibimet falce graviter vulneraverat, edoctus, miris illud præconiis celebrat. Folia tuſa cum axungia porcina recentibus vulneribus imponit.

Sigillum Solomonis, *v.* Polygonatum.

Siſymbrium, *v.* Mentha aquatica.

C. Sinapi vulgare *Ger. emac.* 2. Sin. ſiliquâ latiuſculâ glabrâ, ſemine ruſſo, ſive vulgare *J. B. Common Muſtard.* Siliquæ ei breves, cauli appreſſæ & ferè quadrangulæ.

N. Vires quamplurimæ hujus plantæ ſemini à Botanicis & Medicis attribuuntur. Appetitum excitat, caput purgat, lachrymas elicit, ſternutamenta movet, Venerem irritat, acceſſus febriles arcet, comitialibus & lethargicis auxiliatur; paralyticis quoque & apoplecticis, naribus inditum vel in ſinapiſmo adhibitum: menſes & urinam ciet.

C. Sinapi ſiliquâ hirſutâ, ſemine albo vel ruſſo *J. B.* tom. 2. p. 856. Sinapi album *Ger.* Rapiſtrum luteum ſiliquâ hirſutâ articulatâ *C. C. Muſtard, with large red or white ſeed.* Inter ſegetes. Semina hujus duplo majora ſunt etiam quàm Rapiſtri vulgaris, ut plurimùm ruſſa, rariùs apud nos alba, unde in *C. C.* pro novâ Rapiſtri ſpecie habuimus.

C. Siſon ſive Officinarum Amomum *J. B.* Siſon, quod Amomum Officinis noſtris *C. B.* vulgare, ſive Amomum Germanicum *Park.* Petroſelinum Macedonicum Fuchſii *Ger. Baſtard Stone-Parſly.* In aggeribus ſepium & foſſarum.

N. Siſon Veterum bibi contra lienis vitia & urinæ difficultatem, itémque ad commorantes menſes evocandos, autor eſt Dioſcorides: quas vires & huic plantæ convenire aiunt, nec rationi diſſentaneum videtur.

Sium Cratevæ erucæfolium, *v.* Naſturtium aquat.

Sium alterum Oluſatri facie *Lob. Ger. emac.* majus alterum anguſtifolium *Park.* erucæ folio *C. B.* Cicuta aquatica Geſneri *J. B. Long-leaved Water-Parſnep, or Creſſes.* Circa paludes & ſtagnorum majorum margines, v. g. *The great water in Lovingland in Suffolk, Brereton-mear in Cheſhire, the River Trent near* Abbots Bramley, *in a ſhallow pool of water by the high-way-ſide on* Hounſlow-*heath, near the towns end, and in pools of water about* Thiſtleworth.

C. Sium majus latifolium *Ger.* maximum latifolium *J. B.* Sium Dioſcoridis, ſive Paſtinaca aquatica major *Park. Great Water-Parſnep.* In fluviis. Hujus folia quæ initio

initio veris primò erumpunt, ſequentibus ſimilia non ſunt, ſed minutim conciſa, & Oenanthes aquaticæ foliorum æmula.

C. Sium erectum umbellatum, ſive Paſtinaca aquatica *Lob.* majus anguſtifolium *Ger.* minus alterum *Park.* umbelliferum *J. B. Common Water-Parſnep.* In aquis.

C. Sium umbellatum repens *Ger. emac. Creeping water-Parſnep.* Hujus figura habetur apud *Hiſt. Ludg.* p. 1092. ſub titulo Sii veri Matthioli, at deſcriptio eſt alterius plantæ. Apud nos in Anglia non minùs frequens eſt quàm præcedens.

N. 1. Herbam crudam ineunte vere in acetariis comedunt Hiſpanicæ mulieres: eſt autem ſtomacho grata urinas evocat, & veſicæ calculos expellit. *Amat.* apud *J. B.*

2. Sium aquaticum quodcunque egregium eſt medicamentum in tumoribus mammarum ſcrofuloſis extrinſecùs adhibitum. *D. Needham.*

Sium minimum *The leaſt Water-Parſnep.* Ad aquas, & in paluſtribus. Menſe Maio floret. Radix geniculatim incedit demiſsâ comâ fibrarum albentium è geniculis. Caules concavi, teretes, geniculati, rubentes, infirmi, & procumbentes humi, duos nonnunquam palmos longi, ramoſi. Folia ad ſingula genicula ſingula, alternatim poſita è 4 vel 5 pinnularum conjugationibus conſtant, inferiora tenuiùs inciſa, ſuperiora minùs ſecta. Ex alis foliorum emergunt ramuli, ex adverſo eorundem oriuntur umbellæ, pediculis uncialibus aut brevioribus, parvæ, duobus tribúſve radiis conſtantes. Flores & ſemina reliquis hujus generis ſimilia.

C. Solanum vulgare *Park.* hortenſe *Ger.* hortenſe ſive vulgare *J. B.* bacciferum I, ſive Officinarum *C. B. Common Nightſhade.* In ſimetis & ruderibus.

N. Frutex eſt eſculentus & innocentis guſtûs *J. B.* Vis ei refrigerandi, unde in eryſipelate, in dolore

capitis, in parotidibus adhibetur externè.

C. Solanum lethale *Park. Ger.* bacciferum 4, ſive melanoceraſos *C. B.* manicum multis, ſive Bella donna *J. B. Deadly Nightſhade, or Dwale. In Fulborn Churchyard, and lanes toward Cambridge, and in many other places.*

N. 1. Somniferum eſt & malignum. Notæ ſunt hiſtoriæ de pueris ex uſu baccarum ejus extinctis, tum Wisbici in Anglia noſtra, referente Gerardo, tum etiam in partibus tranſmarinis. In calidis inflammationibus ſine periculo adhiberi poſſunt ejus tum radices, tum etiam baccæ & folia.

2. *Bella donna* Venetis aliiſque Italis dicitur, quia ex ejus ſucco ſeu aquâ deſtillatâ fucum conficiunt mulieres, quo faciem oblinunt, & ex rubicunda pallidam efficiunt frigoris vehementiâ.

3. Hujus folia recentia mammis impoſita, earum duritias & tumores etiam cancroſos emolliunt, diſcutiunt & ſanant, ut ſæpiùs expertus eſt generoſus vir D. *Percivallus Willughby* M.D. Quod à nemine antehac quod ſciam proditum publicæ utilitatis causâ, ſine invidia communicamus.

4. Horum & ipſe anno præterito effectum vidi oppidò mirabilem. Nobilis Domina mihi nota, ulcuſculo cuidam paulò infra oculum dextrúmne an ſiniſtrum non multum refert, & ego oblitus ſum, quod cancroſum eſſe ſuſpicabatur, folii recentis particulam impoſuit, quæ noctis unius ſpatio uveam oculi tunicam adeò relaxavit, ut omnem explicandi ſeſe & pupillam contrahendi facultatem ei adimeret: ſiquidem pupilla clariſſimo lumini obverſa vehementer dilatata perſtitit, ſocio & pari ſuo plus quadruplo amplior, donec amoto folio uvea muſculoſam ſuam vim & tonum paulatim recuperaret. Atque hoc ne quis caſui imputet, tribus diſtinctis vicibus in ſeipſa experta eſt eadem Domina, me quoque tunc temporis fortè fortunâ præſente & ſpectante. An Solanum hoc efficiat frigore ſuo

ſuo, an potiùs vi narcotica, conſiderandum.

C. Solānum lignoſum ſive Dulcamara *Park.* bacciferum 12, i. e. ſcandens ſive Dulcamara *C. B.* Amara dulcis *Ger.* Glycypicros ſive Amara dulcis *J. B. Wooddy Nightſhade, Bitterſweet.* In ſepibus præſertim juxta aquas.

Solānum lignoſum ſive Dulcamara marina. *Sea Bitterſweet, or Woody Nightſhade. On the Southern coaſts.* Hanc plantam toto habitu ſuo & omnino ſpecificè à priori diverſam eſſe nobis confirmavit *D. Browne.*

N. 1. Urinam ciere dicitur, & contra hydropem cum fructu exhiberi. Valet & adversùs morbum regium. Parkinſonus noſter herbæ & foliorum ſuccum ſatis violenter purgare, experimentis aliquoties repetitis ſibi compertum ſcribit. Prævotius ligno Dulcamaræ decocto inter bilem benignè evacuantia principem locum tribuit. *Medicin. pauperum.*

2. Folia foris utiliter contra inflammationes & pruriginoſos manuum pedúmque tumores admoventur, plebis vulgato experimento. *J. B.*

Solanum tetraphyllon, *v.* Herba Paris.

Soldanella marina *Ger.* maritima minor *C. B.* vulgaris, ſive Volubilis marina *Park.* Braſſica marina ſive Soldanella *J. B. Sea-Bindweed, Sea-Colewort, Scottiſh Scurvy-graſs. On the ſands by the Sea-ſhores in many places, as about Yarmouth in Norfolk, Penſans in Cornwal,* &c.

N. Herba ventriculo inimica vehementiſſimè alvum ciet. Quoniam autem aquam & ſeroſos humores educit, conferre creditur in Hydrope, Scorbuto, &c. Altomarus uſum ejus in hydrope vix admittit, quoniam ventriculo mirificè adverſatur, inquiens, & ipſe pluries experientiâ vidi noxam potiùs inferre quàm auxilium.

C. Sonchus lævis *Ger.* lævis vulgaris *Park.* 5, ſeu lævis laciniatus latifolius *C. B.* laciniatus non ſpinoſus *J. B. Smooth or unprickly Sow-thiſtle, Hares-lettuce.* In cultis, lætiori ſolo.

C. Sonchus aſper laciniatus & non laciniatus *C. B.* laciniatus ſpinoſus *J. B.* aſperior *Ger.* aſper laciniatus *Park. Prickly Sow-thiſtle.* Cum priore.

C. Sonchus lævis muralis *Ger.* lævis alter parvis floribus *Park.* lævis laciniatus muralis parvis floribus *C. B.* alter folio profundis laciniis ſinuato, hederaceo, *Lob.* Lactuca ſylveſtris murorum flore luteo *J. B. Ivy-leaved Sow-thiſtle.* In muris & aggeribus umbroſis.

C. Sonchus repens multis Hieracium majus *J. B.* arboreſcens *Park.* arboreſcens alter *Ger. emac.* Hieracium Dentis leonis folio acuto V, ſive arboreſcens paluſtre *C. B. Tree-Snow-thiſtle.* Inter ſegetes, & in aggeribus terrenis laxiore ſolo. Eſt & alia hujus varietas in locis aquoſis & paluſtribus, ad quinque vel ſex cubitorum altitudinem aſſurgens, quam & Th. Williſellus invenit ad ripas Thameſis fluvii non longè à Grenvico; & nos quoque in Suſſexia, & in tranſmarinis non procul Francofurto ad Mænum obſervavimus, Cluſio *Sonchus lævis altiſſimus* dicta.

N. Soncho nunnulli utuntur hyeme in acetariis Suſpirioſos & aſthmaticos juvare, & ſtranguriam ſanare dicitur. Vis ei refrigerans, unde inflammationibus quibuſcunque utiliter imponitur.

C. Sophia chirurgorum *Park. Ger.* Naſturtium ſylveſtre 2, ſive tenuiſſimè diviſum *C. B.* Seriphium Germanicum, ſive Sophia quibuſdam *J. B. Flixweed.* In locis ruderatis, & ad agrorum margines.

N. Reſiccat & aſtringit. Tum ſemen tum etiam herba ventris fluores ſiſtit; adversùs dyſenterias commendatur, ſanguinis profluvia reprimit. Ad vulnera & ulcera, ſordida etiam ac maligna valere dicitur [in emplaſtris.]

C. Sorbus ſylveſtris foliis domeſticæ ſimilis *C. B.* ſylv. ſive Fraxinus bubula *Ger.* aucuparia *J. B.* Ornus ſive Fraxinus ſylveſtris *Park. Quickentree. In the Northern parts of England, and in Wales.*

N. Hujus

N. Hujus baccæ ſuccum exhibent acidum hydragogon egregium, itémque ſcorbuto aptum, Wallis in frequenti uſu, ubi vice diætæ purgantis quotannis exhibetur. *D. Needham.*

2. Liquor ille qui verno tempore è vulnere inflicto extillat, aſſiduè potus ad Scorbuticos & ſpleneticos affectus commendatur. Aſt mihi inciſione factâ arbor hæc lachrymam non fudit, ſeriùs fortaſſe aut alieno tempore percuſſa.

C. Sorbus torminalis *Ger.* torminalis ſive vulgaris *Park.* torminalis & Cratægus Theophraſti *J. B.* Meſpilus 7, ſeu Apii folio ſylveſtris non ſpinoſa, ſive Sorbus torminalis *C. B. The common Service, or Sorbe-tree.*

N. Sorbus refrigerat & aſtringit: Uſus præcip. in fluxionibus alvi, uteri, &c.

C. Sparganium ramoſum *Park. Ger. C. B.* Sparganium quibuſdam. *J. B.* Butomos diſſectâ paniculâ, vulgò Platanaria, quia pilulas habet Platani pilulis ſimiles *J. Bod. in Theophr. hiſt. Branched Burre-reed.* Ubique ferè in aquis. Echinatas pilulas Auguſto demum menſe profert.

C. Sparganium non ramoſum *Park. C. B.* non ramoſum ſive latifolium *Ger.* alterum *J. B. Burre-reed not branched.* Cum priore.

Spartum parvum *Lob. v.* Gramen Sparteum.

Spatula fœtida, *v.* Xyris.

C. Specŭlum Veneris minus *Ger. emac. Park. The leſſer Venus-looking-glaſs, or codded Corn-violet.* Inter ſegetes. Extraneis ſcriptoribus nulla ejus mentio, quod ſciam, quamvis ipſe in tranſmarinis quoque inter ſegetes obſervaverim. Ob floris elegantiam in pretio eſt, Officinis ignotum.

C. Spergŭla *J. B.* Saginæ ſpergula *Ger. emac.* Saginæ ſpergula major *Park.* Alſine ſpergula dicta 1, ſive major *C. B. Spurrey.* Inter ſegetes.

N. Seri in agris, & potiſſimùm quidem Autumno, ut hyeme & primo vere, cum alia pabula defecerint, bubus

bubus præbeatur, teſtis eſt Dodonæus. Minimè tamen apud nos in Anglia, ubi boves niſi fame urgeantur vix eam attingunt. Semen vomitione pituitoſos humores educere aiunt.

C. Spergüla purpurea *J. B.* alſineformis ſive 5. cap. 463. Lib. 2. *Ger. emac.* Saginæ ſpergula minima *Park.* Alſine ſpergulæ facie minor, ſive Spergula minor flore ſubcæruleo *C. B. Purple-Chickweed-Spurry.* In arenoſis.

C. Spergüla marina noſtras *J. B.* marina Dalechampii, ſive 4, cap. 463. lib. 2. *Ger. emac.* Alſine Spergüla dicta, 2, ſive Spergulæ facie media *C. B. Sea-Spurry.* In ſalſis paluſtribus paſſim.

C. Sphondylium *Ger.* vulgare *Park.* vulgare hirſutum *C. B.* Sphond. quibuſdam, ſive Branca urſina Germanica *J. B. Cow-Parſnep.* In pratis & paſcuis humidioribus, & ad aquarum rivulos ubique.

† Sphondylium majus aliud laciniatis foliis *Park.* An Sphondylium hirſutum foliis anguſtioribus *C. B? Jagged Cow-Parſnep. Found by Dr. Bowles in Shrop-ſhire.* Park.

N. 1. Radix valet ad emolliendos & deprimendos tumores. Succus capiti inunctus criſpos capillos facit. Gratus cibus ſunt Sphondylii folia cuniculis, &c. Ex hac planta Lithuani & Boruſſi addito fermento potionem parant *Parſt* dictam.

2. Semen hujus plantæ, ni fallor, quam Paſtinacæ ſylveſtris appellatione inſigniunt, egregium eſt in hyſterico paroxyſmo. *D. Willis* è Jo. Anglico. Duæ præterea plantæ ſunt, nimirum Daucus Officinarum & Elaphoboſcum, quæ Paſtinacæ ſylveſtris titulo innoteſcunt.

Spina appendix, *v.* Oxyacanthus.

Spina infectoria ſeu cervina, *v.* Rhamnus.

Stachys Fuchſii *J. B. Ger.* major Germanica *C. B. Park. Baſe Horehound. Nigh Witney-Park in Oxford-ſhire, and thereabout plentifully.*

Staphy-

Staphylodendron *J. B.* Nux veſicaria *Ger. Park.* Piſtacia 3, ſive ſylveſtris *C. B. The Bladder-Nut-tree.* In ſepibus propè *Pontemfractum* Comitatûs Eboracenſis oppidum, non tamen ità copiosè ut ſpontaneam aſſerere auſim.

C. Stellaria aquatica *Park.* Alſine aquis innatans foliis longiuſculis *J. B.* Millefolium aquaticum 13, ſive Stellaria aquatica *C. B. Water-Star-wort, or Star-like Water-Chickweed.* Aquis innatat. v. *C. C.*

Succiſa, *v.* Morſus Diaboli.

Stratiōtes, *v.* Militaris arzoides.

Symphytum, *v.* Conſolida major.

T

C. TAnacētum *Ger.* vulgare *Park.* odoratum 1, ſive vulgare luteum *C. B.* vulgare flore luteo *J. B. Tanſie.* In montoſis Angliæ Eorealibns, v. g. Derbia, Eboracenſis Comitatûs Occidentali parte, &c.

N. 1. Vulnerarium, uterinum ac nephriticum eſt. Uſus præcip. in lumbricis, torminibus ventris, calculo renum & veſicæ, menſibus obſtructis, flatibus, hydrope, &c. Succus manuum pedûmque rimas ſanat.

2. Ex tenellis herbæ erumpentis foliis aut eorum ſucco cum ovis placentas faciunt tempore Paſchatis, guſtui certè non injucundas, an verò ventriculo adeò utiles ad flatus ex piſcium & leguminum eſu contractos diſſipandos, ut præfertur, viderint Medici.

3. Herba Tanaceti flatibus ventris diſcutiendis aptiſſima. Corymbos & ſemen Agyrtæ ad expellendos lumbricos ſæpe ingenti miraculo verminantibus pueris propinant. *Simon Paullus.*

4. Tanaceti conſerva interficit vermes, reſiſtit putredini,

putredini, aperit obſtructiones, recreat lienem, illuſtrat ſenſus. Ipſe eam in praxi ad hos uſus plurimùm adhibeo. *D. Bowle.*

Tapſus barbatus *Ger. v.* Verbaſcum.

C. Taxus *Ger. Park. J. B. C. B.* Smilax Dioſcoridis lib. 4. cap. 80. Μίλος Theophraſto. *The Yew-tree.* In ſylvis & ſepibus in Occidentalibus & Meridionalibus Angliæ regionibus.

N. 1. Refert Cæſar *lib. 6. de Bello Gall.* Cativulcum Eburonum regem taxo ſe exanimâſſe. Taxus autem hoc proprium habere dicitur, quòd ſi de ejus foliis jumenta comederint, emoriantur; ſi ruminantia, nihil patiantur. A taxo autem toxica venena dicta creduntur.

2. Hujus baccas puerulos in Anglia innoxiè eſitare affirmat Lobelius ſeque deguſtâſſe ſub hyemem, non ingrato ſapore. Addit Gerardus tum ſemetipſum, tum plurimos è condiſcipulis ſuis, eas ad ſatietatem uſque ſæpiùs comediſſe, nec ſub umbra tantùm arboris, ſed in ejus ramis aliquoties dormiviſſe, nec tamen minimum indè damnum aut incommodum unquam ſenſiſſe. Quocirca vel falſa ſunt quæ de Taxo tradunt Veteres, vel acris conſtitutio & conditio ſoli hanc in ejus qualitatibus differentiam efficiunt. Ex hujus ligno optimi parantur arcus, quemadmodum & olim. *Virgil.* Ituræos taxi torquentur in arcus.

C. Telephium ſive Braſſula major vulgaris *Park.* 1. ſive vulgare *C. B.* Craſſula, ſive Faba inverſa *Ger.* Anacampſeros, vulgò Faba craſſa *J. B. Orpine, Livelong.* In umbroſis maximè & ad ſepes, nonnunquam etiam in agris vidimus.

N. 1. Vulneraria eſt & aſtringens; præcipui uſûs in conſolidanda inteſtinorum eroſione per dyſenteriam introductâ, in curanda hernia, in ambuſtis medendis. Magna dolores ſedandi facultate præſtat, idque tam in recentibus vulneribus, quàm in ſordidis & inveteratis ulceribus.

2. Herba ſub cineribus toſta, & cum adipe ſuillo mixta & impoſita, paronychias egregiè ſanat. 3. Ra-

3. Radix Telephii recens appensa [vel aliqnot saltem ejus nodi, prout nodi plures vel pauciores in ano protuberant]cum filo in dorso inter Scapulas hæmorrhoidum dolores illico levat; simúlque cum marcescente radice tabescit & evanescit omne tuberculum. V. *Ephemer. German.* Ann. 2. Observ. 195. ubi D. Wedelius amuletum hocce miris præconiis celebrat, ejúsque efficaciam duobus exemplis comprobat.

Teucrium pratense, *v.* Chamædrys sylvestris.

† Teucrium Alpinum Cisti flore *Ger.* Chamædrys V, seu Alpina Cisti flore *C. B.* Chamædrys spuria montana Cisti flore *Park.* Chamædrys Alpina flore Fragariæ albo, *J. B. Mountain-Germander, with a Cistus-like flower. On the mountains betweenGort and Galloway.* Mr. Heaton.

C. Thalictrum siue Thalietrum majus *Ger.* majus vulgare *Park.* I, sive majus siliquâ angulosâ aut striatâ *C. B.* nigrius caule & semine striato *J. B. Meadow-Rue.* In pratis, locis humidis, & ad rivos.

C. Thalictrum minus *Ger. Park.* 8, sive minus *C. B.* minus, sive Rutæ pratensis genus minus semine striato *J. B. The lesser Meadow-Rue. In the chalky grounds about New-market, Linton, and elsewhere on the borders of Gogmagog-hills, and the like places plentifully; and abundantly on the mountains near Malham and Settle.*

N. Folia Thalictri oleribus admixta alvum nonnihil commovent. Radices decoctum idem sed potiùs præstat. Lutetiani nonnulli ad calculum laudabant, teste Lobelio. Thalictris quibusdam Italiæ in locis utuntur contra pestem; in Saxonia contra icteritiam. *Camer.*

Thlapsi Dioscoridis *Ger.* Drabæ folio *Park.* cum siliquis latis *J. B.* arvense I, seu arv. siliquis latis *C. B. Treacle-Mustard, Penny-cresse. I have found it in many places, as in the Corn-fields about Wormingford in Essex, near the river Stour; Saxmondham in Suffolk. Stone in Stafford-shire, Kingsbury in Warwick-shire,* &c.

Thlapsi foliis Globulariæ *J. B.* montanum Glasti folio minus *Park.* Thlaspeos albi supini varietas *Ger. emac.*

Thl.

Thl. montanum 2, seu Alpinum Bellidis cæruleæ folio *C. B. Treacle-mustard, with leaves like Globularia. On the pastures above the ebbing and flowing Well, a mile from Settle in York-shire, toward Ingleborough; as also in many places of the mountainous pastures between Settle and Maulam.*

Thlaspi vulgatius *J. B.* vulgatissimum *Ger.* Vaccariæ folio *Park.* arvense 2, sive arvense Vaccariæ incano folio majus *C. B. Mithridate-Mustard, Bastard-Cresses.* Inter segetes variis in locis.

Thlaspi Vaccariæ incano folio perenne. Thlaspi capsulis hirsutis *J. B.* ut puto. *Perennial Mithridate-Mustard.* Hanc speciem in montosis Cambro-britanniæ & alibi observavi. Radice est perenni, foliis hirsutioribus, vasculis seminalibus longioribus & incanis, floribus quàm præcedentis amplioribus.

† Thlaspi hederaceum *J. B. Ger. Park.* exoticum 1, seu repens hederæ folio *C. B. Ivy-leaved Mustard.* In Portlandiæ peninsula, Cornubiæ vicino portu *Plymouth* aliisque maritimis Angliæ cautibus observavit Lobelius, Cochleariæ speciem esse cum Parisiensibus existimo.

Thlaspi minus *Ger.* angustifolium Fuchsii, Nasturtium sylvestre J. Bauhini *J. B.* Nasturtium sylvestre 1, seu Osyridis folio *Park. C. B. Bowyers Mustard, Narrow-leaved wild Cresses. Near the Sea in many places. v. g. Maldon in Essex, Lynne in Norfolk, Truro in Cornwal,* &c.

Thlaspi vel Lunaria vasculo sublongo intorto. *Treacle-mustard, with a wreathen cod. Radicem* habet albam, duram, simplicem, majoribus fibris donatam: *Caulem* rotundum, hirsutum, erectum, firmum, altitudine dodrantali, versùs summum ramulos hinc indè spargentem, in quibus, ut & in summo caule *flores* parvi, albi, quadrifolii, petalis, inmedio fissis. Floribus succedunt vascula seminalia oblonga, latiuscula, glabra, & (quod huic speciei peculiare est) intorta, membranâ

membranâ dissepta, cui adnascuntur hinc inde quatuor aut quinque seminum oblongorum compressorum paria. Folia in caule crebra, nullo ordine, absque pediculis immediatè adnata, non tamen eum amplectentia, utrinque pilosa, rarioribus incisuris ad margines dentata, vix digitum longa, aut dimidium digitum lata, in acutum desinentia. Sapor herbæ vix ullus manifestus, semen nonnihil acre. In udis propè scaturigines aquarum ad latera montium ut *Ingleborough* & *Hinckle-haugh*, &c. Antequam exaulescat Paronychiæ vulgari simile est.

N. Semen Thlaspeos acre est, viribus ad Sinapi accedit. Usus præcip. in absessibus internis rumpendis, mensibus ciendis, ischiadicis affectibus curandis. Extrinsecùs abstergit ulcera manantia, insuperque pharmicum est, sed minùs vulgare. *Schrod.* Theriacam & Mithridatium ingreditur.

Tilia fœmina *Ger.* fœmina major *Park.* fœmina folio majore *C. B.* vulgaris platyphyllos *J. B. The female Lime, Line or Linden-tree.* In areis & compitis. In Essexia in nemore duobus à Colcestria mill. *Tur.*

Tilia folio minore *J. B.* fœmina minor *Park.* fœmina folio minore *C. B.* Arbor pseudopiperifera *Cat. Alt. Small-leaved Lime, or Linden-tree; in some Countries called Bast*, quoniam ex ejus corticibus funes texunt. In sylvis & sepibus. In Essexia plurimam observavi circa *Boreham*, *Terling*, *Heveningham* & alibi. Abundat insuper in agro Lincolniensi circa *Horncastle*, *Ragby*, &c. In sylvis: nec minùs frequens in aliis hujus regni comitatibus.

N. 1. Cortex & folia siccant, repellunt, urinam & menses cient. Extrinsecùs ambustis subveniunt (mucilago sc. extracta & inuncta.) *Schrod.*

2. Baccæ in pulverem redactæ, in dysenteria aliisque alvi profluviis, in hæmorrhagia narium naribus inditæ summopere laudantur.

3. Florum odor perquam suavis: horum aqua destillata

ſtillata utilis ad epilepſiam, apoplexiam, vertiginem, cordis tremorem, uteri dolores, calculum renum, & ſanguinem in corpore concretum ex contuſione, caſu, &c.

4. Extrinſecùs adhibentur folia in aphthis & tumoribus pedum diſcutiendis. Corticis mucilago in ambuſtis ac vulneribus magni eſt ſolaminis. *Schrod.*

5. In cortice tiliæ interiore philyra dicta recenti adhuc olim ſcriptitatum.

6. Sutores tabulis ex hujus ligno factis ad ſecanda coria utuntur. Quin & ſculptores ſimulachrorum ex hujus materia omnia penè ſimulachra exſculpunt. Levis enim eſt, tenax, facilè ſecatur, diu durat, nec teredini obnoxia eſt.

7. Narrat Helmontius vulnera recentia potu è Tilia facto à ſe aliquando ſanata. *D. Boyl.*

C. Tithymalus characias Amygdaloides *C. B. Ger. emac.* characias vulgaris *Park.* ſylvaticus toto anno folia retinens *J. B. Engliſh Wood-Spurge.* In ſylvis & dumetis. *At Chevely in Cambridge-ſhire.*

C. Tithymalus helioſcopius *Ger. Park. C. B.* helioſcopius ſive ſoliſequus *J. B. Sun-Spurge.* In hortis oleraceis & arvis pinguioribus. Succus ad verrucas commendatur, unde & noſtratibus *Wartwort* dicitur.

Tithymalus Hibernicus. *Makinboy, Knotty-rooted Spurge.* Cat. Oxon.

Tithymalus paralius *J. B. Ger. Park.* maritimus *C. B.* In arenoſis maris litoribus frequens. *Sea-Spurge.*

Tithymalus platyphyllos Fuchſii *J. B.* latifolius 2, ſive arvenſis latifolius Germanicus *C. B. Broad-leaved Spurge.* Inter ſegetes, ſed rariùs. Nos in Comitatu Somerſetenſi non longè ab oppido *Kinſham* copioſum invenimus, & alibi. Figura Pityuſæ ſive Eſulæ minoris Officin. *Lob.* ab hac planta non multùm abludit.

N. Tithymali ferè omnes acres ſunt & maligni: extrinſecùs cutem exulcerant; intrò aſſumpti non minùs

minùs noxii sunt; violenter admodum purgant, ventriculum & intestina excoriant, & viscéribus inimici sunt, quapropter non nisi summa cautione adhibita exhibendi.

C. Tormentilla *Ger.* vulgaris *Park.* Officinarum *J. B.* sylvestris *C. B. Tormentil or Septfoil.* In pratis & pascuis.

N. Siccat & potenter astringit, hinc in fluxionibus quibuscunque, alvi, uteri, &c. non aliud remedium usitatius quàm Tormentillæ radix, quomodocunque exhibita: præterea diaphoretica est & Alexipharmaca; unde & omnibus medicamentis qua adversùs venena, pestem, variolas & morbillos componuntur, aliósve morbos malignos adhibenda, præsertim si cum fluxu alvi conjuncti sunt. Tandem vulnerariis potionibus, unguentis & emplastris adjungi solet, nam vetera & putrida ulcera & abscessus sanat.

C. Trachelium majus *Ger.* minus flore purpureo *Park.* in *parad.* 7, sive Campanula vulgatior foliis urticæ, sive major & asperior, *C B.* Campanula major & asperior folio utricæ *J. B. Great Throatwort, or Canterbury-bells.* In sylvosis, & ad sepes.

Trachelium majus Belgarum *Park.* majus Belgarum, sive Giganteum *Ger. emac.* Campanula maxima foliis latissimis *C. B.* pulchra, à Tossano Carolo missa *J. B. Giant Throatwort. In the mountainous parts of Darbyshire, York-shire, and elsewhere in the North of England, plentifully.*

C. Trachelium minus *Park. Ger. emac.* minus multis *J. B.* itémque Trachelium sive Viola Calathiana, herba Anglica *ejusdem.* Eis enim descripsit & depinxit & hanc & præcedentem plantam Gerardus nostras, unde J. Bauhinus, qui (ut ipsemet ingenuè fatetur) linguam Anglicanam non intellexit, malâ figurâ deceptus est. Præcedentem iterum descripsit & depinxit sub titulo Trachelii Gigantei. Trachelium sive Cam-

Campanula hirsuta 17, i. e. pratensis flore conglomerato *C. B. Little Throatwort, or Canterbury-bells.* In pascuis montosis & cretaceis.

N. 1. Trachelium exsiccat & astringit, unde decoctum illius ad oris, uvulæ & tonsillarum inflammationes & exulcerationes incipientes, aliáque ejusmodi mala quæ adstrictione indigent, confert.

2. Radix tenera in acetariis apta jejunio verno præsertim. *Lob.*

C. Tragopõgon luteum *Ger.* flore luteo *J. B.* luteo flore I, sive pratense luteum majus *C. B. Yellow Goatsbeard, Go-to-bed-at-noon.* In pratis & pascuis.

† Tragopõgon purpureum *Ger. Park.* flore purpureo *J. B.* purpuro-cæruleum Porri folio quod Artisi vulgò *C. B. Purple Goats-beard. On the banks of the River Chalder in Lancashire, according to Gerard.*

N. Radices in deliciis habentur tum coctæ tum etiam crudæ in acetariis; lancinationibus, æstuantibus ventriculo ac thoraci auxilio sunt. Valdè nutriunt, unde tabidis & macilentis conducunt. Vitiis pectoris, tussi & respirationi difficili, necnon pleurisi medentur Urinæ quoque stillicidio subvenire, & calculum expellere creduntur, unde & *Sassifica* seu *Sassifrica* q. Saxifragæ Italis dictæ sunt. Sed & vulneribus utiliter adhibentur.

Eadem præstat tum Succus radicis expressus, tum aqua ejus destillata.

C. Tribũlus aquaticus minor Muscatellæ floribus *Ger. emac.* aquaticus minor alter *Park.* Fontalis media lucens *J. B. Small Frogs Lettuce, or Water-Caltrops.* In rivulis.

C. Tribũlus aquaticus minor Quercûs floribus *Clus. Ger. emac.* aquaticus minor prior *Park.* Fontinalis crispa *J. B.* Potamogeiton 6. i. e. foliis crispis sive Lactuca ranarum *C. B. Water Caltrops, or Frogs Lettuce.* In aquis currentibus pigrioribus. Horum usus in medicina nullus.

C. Trichomãnes

C. Trichomănes *Park.* mas *Ger.* Trich. ſive Polytrichum *J. B.* Trichom. ſive Polytrichum Officinarum *C. B. Engliſh black Maiden-hair.* In umbroſis aggeribus & muris.

N. 1. Adiantho albo viribus reſpondet. Vitiis thoracis & pulmonum auxiliatur. Calculo renum, & urinæ ſtillicidio ſubvenit.

2. Ad Rachitidem cùm alii decocto Trichomanis aut Rutæ murariæ contenti ſunt, ego herbas ipſas exicco, inque pulverem reduco, cui farinam radicum graminis addo, cúmque ſyrupo aliquo aperiente electuarium inde efficio. Addi poteſt & Tartarum & ſemina nonnulla. *D. Bowle.*

C. Trifolium acetoſum vulgare *Park. C. B.* Oxys alba *Ger.* Oxys, ſive Trifolium acidum flore albo & purpuraſcente *J. B.* Acetoſella & Lujula ſive Alleluia *Offic.* voce corruptâ à Juliola, quo nomine Calabri hanc herbam appellant, autore Scaligero. *Wood-Sorrel.* In ſylvis.

N. Cardiaca eſt & epatica ſingularis, Acetoſæ vires ſi non ſuperans ſaltem æmulans: adeóque æſtum febrilem mitigat, ſitim ſedat, &c. *Schrod.*

C. Trifolium cochleatum folio cordato maculato *C. B.* cordatum *Ger.* Medica echinata glabra cum maculis nigricantibus & ſine illis *J. B.* Medica Arabica Camerarii ſive Trifolium cordatum *Park. Heart-Trefoil, or Claver.* In paſcuis arenoſis & ſiccioribus.

C. Trifolium echinatum arvenſe *C. B.* Medica echinata minima *J. B.* echinata parva recta *Park.* ſed male, non enim erigitur. *The ſmalleſt Hedge-hog-Trefoil.* In arenoſis. *At Newmarket, where the* Seſamoides Salamanticum *grows.*

Trifolium cochleatum modiolis ſpinoſis. *Hedge-hog-Trefoil, with a ſmall fruit, ſomewhat like the Nave of a Cart-wheel. At Orford in Suffolk, on the Sea-banks cloſe by the Key, plentifully.*

C. Trifolium corniculatum primum *Dod.* filiquoſum minus *Ger.* Lotus corniculata glabra minor *J. B.* pentaphyllos ſiliquis rectis 1, i. e. Lotus ſive Melilotus pentaphyllos minor glabra. *C. B. Birds-foot-Trefoil, or ſmall codded Trefoil.* In paſcuis ubique.

Trifolium corniculatum minus anguſtioribus foliis fruticoſius. *The leſſer buſhy narrow-leaved Birds-foot-Trefoil.* Inter ſegetes & in locis humidioribus. An Lotus pentaphyllos fruteſcens tenuiſſimis glabris foliis *C. B?*

C. Trifolium corniculatum tertium *Dod.* Loti corniculatæ major ſpecies *J. B.* Lotus pentaphyllos flore majore luteo ſplendente *C. B.* Trifolii ſiliquoſi varietas major *Ger. emac. The greater Birds-foot-Trefoil.* In pratis humidis, & ad ſepes. Hujus folia & planta tota hirſuta ſunt.

C. Trifolium fragiferum *Ger. emac.* fragiferum Friſicum *C. B. Cluſ. Park. Strawberry-Trefoil* In paſcuis, & ad agrorum margines, præcipuè ſolo lutoſo & ubi per hyemem aquæ ſtagnârant. v. *C. C.*

C. Trifolium luteum lupinum *Ger. emac.* pratenſe luteum fœmina flore pulchriore, ſive lupulino *J. B.* pratenſe luteum, capitulo Lupuli, vel agrarium *C. B. Hop-Trefoil.* In agris inter ſegetes.

C. Trifolium lupulinum alterum minus. *The leſſer Hop-Trefoil.* Hoc omnium quotquot in Anglia vidimus Trifoliorum minimum eſt. Videtur autem J. Bauhinus hoc intelligere per Trifolium ſuum luteum fœminam flore lupulino minus, quod vulgare eſſe aſſerit, prout & hoc eſt apud nos in Anglia.

C. Trifolium luteum minimum *Ger. emac. Park.* pratenſe luteum capitulo breviore *C. B.* pratenſe luteum mas flore minore, ſemine multo *J. B. Little yellow-Trefoil, or Melilot-Trefoil.* In pratis & paſcuis.

C. Trifolium luteum ſylveſtre ſiliquâ convexâ, vel Medica fruteſcens *C. B.* Medica ſylveſtris *J. B.* fruteſcens,

cens, ſive flavo flore Cluſii *Park. Yellow Medick, with flat wreathed cods.* In montoſis & campis patentibus inter ſegetes, *as in the fields by Quoy-Church near Cambridge.*

Trifolium Ornithopodii ſiliquis. *Birds-foot-Trefoil. Found by Tho. Williſell among the Corn half a mile on this ſide Tadcaſter, as one goeth up the hill toward Sherborn in the road to Doncaſter, and alſo near Oxford in the like grounds.*

C. Trifolium pratenſe album *Park. C. B.* minus pratenſe flore albo, ſive 2 *Ger.* pratenſe flore albo minus & fœmina glabrum *J. B. White-flowered-Meadow-Trefoil.* In pratis & paſcuis.

Trifolium pratenſe album foliis purpureis. An Quadrifolium hortenſe album *C. B?* fuſcum *Park?* Trifoliis affinis Quadrifolium phæum Lobelii *J. B?* Lotus quadrifolia *Ger. Purple-graſs, or Purple-wort.* In umbroſis non rarò occurrit, nec tamen ego pro diſtincta ſpecie habendum cenſeo. Gerardus & Parkinſonus Quadrifolium phæum Lobelii pro hoc Trifolio habent, quamvis rariſſimè quadrifolium ſit.

Trifolium album umbellâ ſiliquoſâ *D. Merrett. White-Trefoil, with a codded umbel.* Locis ſiccioribus circa Londinum. Hoc cùm mihi nondum conſpectum ſit, an à reliquis omnibus ſpecie diſtinguatur nescio, plane neſcio.

C. Trifolium pratenſe hirſutum majus flore albo ſulphureo *C. C. Yellowiſh Meadow-Trefoil.* Hoc à nonnullis Trifolium Lagopoides flore pallidè luteo, ſeu Ochroleucon dicitur, non ineptâ appellatione. In paſcuis ſiccioribus occurrit ſæpiùs, inveni & in tranſmarinis propè Genevam. Vide deſcriptionem in *C. C.*

C. Trifolium pratenſe purpureum *C. B.* pratenſe purpureum vulgare *Park.* purpureum vulgare *J. B.* pratenſe *Ger. Common Purple-Trefoil, or Honey-ſuckle-Trefoil.* In pratis & paſcuis.

N. Haud dubiè mediocriter concoquendi & exiccandi vim obtinent trifolia proximè dicta, unde albo mulierum profluvio conferunt, inflammationibus impoſita eas concoquunt. Flores & ſemina clyſteribus admiſcentur adversùs inteſtinorum torſiones & dolores.

C. Trifolium purpureum majus ſive ſativum. *Clavergraſs.* Seritur in agris pro boum & jumentorum pabulo: non eſt autem quod apud nos ſeritur Trifolium majus purpureum 3 Cluſii, ut aliquando opinabar, ſed vel non ſpecificè diverſum à purpureo pratenſi vulgari, vel nondum deſcriptum. Nam Gerardus & Parkinſonus Trif. majus purp. 3 Cluſii pro noſtro *Claver* habent, in quo falluntur.

Quin & Trifolium noſtrum purpureum pratenſe adeò inſigniter variat, ut neſciam an ſint duæ ejus diſtinctæ ſpecies nécne. Alterum enim procerius eſt & omnibus ſuis partibus majus altero; foliis longioribus, floribus intenſiùs purpureis.

C. Trifolium dilutè purpureum glomerulis florum oblongis ſine pediculis caulibus adnatis *C. C.* Ubi vide ſis deſcriptionem. An Trifolium cujus caules ex geniculis glomerulos oblongos proferunt. *J. B? Knotted Trefoil, with oblong heads. At Newmarket where the* Seſamoides Salamanticum *grows, and divers other places.*

Trifolium nodiflorum glomerulis mollioribus & rotundioribus, ſemine magno. *Knotted Trefoil, with rounder, and ſofter heads. On Dorſtill-hill, near Middleton in Warwick-ſhire,* &c.

Trifolium cum glomerulis ad caulium nodos rotundis. *Knotted Trefoil, with round heads.* Hoc an à quoquam deſcriptum ſit nécne, mihi nondum conſtat, ideóque deſcriptionem ejus ſubjungam. Radix ei alba, ſimplex, fibris majuſculis ſtipata, ex qua emergunt caliculi complures, humi procumbentes, glabri. Folia alternatim poſita & non bina ex adverſo, pediculis

lis longiusculis insident, in tres partes divisa, quarum singulæ subrotundæ sunt & ad margines dentatæ. Globuli sessiles ad alas foliorum non spinosi, è quibus erumpunt. flosculi pallide purpurei, rariùs dispositi. Prope *Saxmundham* in Suffolcia.

Trifolium stellatum glabrum *Ger. emac. Smooth starry-headed Trefoil. Observed by Doctor Johnson in Darford Saltmarsh. The same I found near the water-side at Lighe in Essex, somewhere in Somerset-shire; and beyond Sea about Messina in Sicily. Out of Africa it was brought by Alexander Balam, Gent.*

C. Trifolium pumilum supinum flosculis longis albis *P. B. Dwarf-Trefoil, with long white flowers. This I have observed in many places in sandy and gravelly ground, as at Gamlingay not far from the Windmill; in the road from Eltham to Deptford in Kent; in the road between Burntwood and Brook-street in Essex*, &c. *abundantly.* Floret Maio. Inveni & in transmarinis propè Neapolin.

C. Trifolium paluſtre *J. B. C. B.* paludosum *Ger. Park. Marsh-Trefoil, Buck-beans.* In paluſtribus & aquosis frequentissimum.

N. In morbo articulari debellando vires insignes exerit hæc planta, nulli hactenus Botanicorum proditas, sed *Thorunii* Prussiæ in nonnullis agris feliciter expertas. Folia herbæ in cerevisia decoquunt, & bis aut ter de die cùm dolores sentiunt decoctum bibunt, quamvis ingratissimi odoris & saporis sit. Qui autem eo utuntur levamen omnes percipiunt. Gratior reddi poterit præparatione in spiritum, extractum liquidum & syrupum. *Ephemer. German.* an. 4. & 5. Observ. 123.

Tripolium majus & minus *J. B.* vulgare majus & vulg. minus *Ger.* majus sive vulgare & minus *Park.* 1, sive majus cæruleum & 2, sive minus *C. B. Sea Starwort.* In salsis maritimis. Majus & minus, cùm non aliter quàm magnitudine differre dicantur, non separo.

Obſervavi Tripolium circa Briſtoiam flore nudo copioſé.

N. Vulnerariam eſſe perhibent noſtrates Botanici, quos conſule.

C. Triticum ſpicâ muticâ album. Triticum ſiligineum *C. B. in Theat.* Siligo *Mouffeti* de *diæta.* Græcorum & Galeni Σιλίγνις, Hippocrati, τρύγις *C. B. White Wheat.* Hujus tum ſpica tum etiam grana albent.

C. Triticum ſpicâ muticâ rubrum. Tritici hyberni ariſtis carentis genus primum, πύρῳ Veteribus, Robus Columellæ, *C. B. Red Wheat, and in ſome places Kentiſh Wheat.* Hujus tum ſpica tum etiam grana plerunque rufeſcunt, nonnunquam variant. Tres nempe varietates obſervavimus, quas ſi vis pro diverſis ſpeciebus habe.

1. Triticum ſpicâ muticâ albicante granis rufeſcentibus *C. C. White-eared red Wheat.* Differt à præcedente ſolo ſpicæ colore.

2. Triticum ſpicâ ariſtatâ, granis & ſpicâ rufeſcentibus. Tritici hyberni primum genus criſtatum *C. B. in theat. Bearded red wheat.* Solis ariſtis differt à Tritico rubro vulgari.

3. Triticum ariſtis donatum ſpicâ albicante granis rufeſcentibus, *C. C. Red Wheat, with a white bearded var.* Differt à vulgari rubro tum ſpicæ colore tum ariſtis. Omnes hæ varietates ſparſim inter ſegetes Tritici ſpicâ muticâ rubri ſuccreſcunt.

C. Triticum ariſtis circumvallatum, glumis hirſutis. *Gray Wheat, in ſome places Duck-bill wheat, and gray Pollard,* quia ſpicæ ejus non rarò ariſtas ante maturitatem amictunt, vel fortè ſine eis naſcuntur. Hujus autem ſpicæ grandiores ſunt quàm præcedentium.

C. Triticum ariſtis munitum, rubentibus granis & ſpica, glumis lævibus & ſplendentibus. *Red-eared Bearded-wheat.* Hæc ſpecies ariſtas per maturitatem non deponit. Omnia hæc Tritici genera in agris ſeruntur.

De viribus & uſu Tritici, cùm vulgaris ubique notitiæ

titiæ sit, nihil addam, nè Soli lucernam accendere videar.

N. 1. Triticum degenerat in Lolium; Rapum in Rhaphanum; Sisymbrium in Mentham; Ocymum in Serpyllum; Vitis nigra in albam, alba in nigram mutatur: Zea in Triticum & è contra Triticum in Zeam. Si in Ungaria secale Germaniæ seratur generatur indè Triticum. Si ager sit paulò sterilior avena nostra alba quam appellant in nigram degenerat. Si idem semen aliquot annis seratur in vilius degenerat. Galeni pater Triticum & Hordeum aliquando sevit, omnibus diversi generis seminibus quæ ipsis erant admista selectis, quo certò cognosceret, num ex ipsorum mutatione Lolium & Ægilops nascerentur, an proprium hæc quoque semen haberent. Cùm autem fortè una cum puris seminibus in Tritico quidem frequens lolium, in Hordeo autem magnam Ægilopis vim natam conspiceret, in aliis quoque seminibus idem est aggressus. Reperit igitur in Lente quoque durum rotundúmque Aracum & Securinum, præterea Aparinem enatam. *Sennert. Hypomn. 5. cap. 2.*

2. Verùm Galeni pater facilè potuit decipi; neque ex hoc experimento sequitur quod ille indè collegit. Nam & ipse olim observavi in agro quodam ubi purum frumentum satum fuerat magnam Ægilopis vim enatam; quæ tamen ipsius Ægilopis non Tritici semini originem suam debuit. Cùm enim Ægilops citiùs matureſcat & semen perficiat quàm Triticum, cúmque semen ipsius per maturitatem facilè defluat, vel vento aut inter metendum manu decutiatur in terram, ibi relictum, quamvis ager non seratur sequenti anno, per integrum biennium durabit, & cum frumento postmodum sato succreſcet. Nec dubium est quin semina plantarum, non dico per biennium, sed quinquennium & ampliùs in terra hoc modo fœcundæ permaneant experientia teste. Meritò igitur hactenus controvertitur, An detur in plantis Speci-

erum transmutatio, hoc est, an semen cujusvis plantæ degeneret & diversæ speciei sobolem producat. Sanè si vera sunt quæ legi & audivi, negari non potest quin detur ejusmodi transmutatio. Nam *Wormius Musæi lib. 2. cap. 7. pag.* 150. asserit se habere Hordeum quod Hermaphroditicum vocat, quia in una spica & Hordeum & Secale continet; cujus descriptionem vide sis loco citato. *Johnsonus* quoque apud *Gerardum* lib. 1. cap. 46. pag. 65. sibi ostensam refert à *D. Goodyer* spicam Tritici albi circa cujus mediam partem tria aut quatuor grana avenacea undique perfecta enata sunt. Et superiori æstate affirmavit mihi Oxonii Jacobus Bobertus filius, è semine Primulæ veris majoris sibi exortas Primulam vulgarem & Primulam pratensem inodoram luteam. Quæ si vera sunt, ut à fide dignis narrantur, rem planè conficiunt & extra omnem dubitationis aleam ponunt. Observandum tamen transmutationem hanc dari tantum inter species cognatas & ejusdem generis participes.

Turritis *Ger.* vulgatior *Park. J. B.* Brassica sylvestris foliis integris & hispidis *C. B. Tower Mustard.* In agro Norvicensi via inter Nordvicum urbem & Yarmouth in sepibus: circa *Slough* in aggeribus & muris terrenis, juxta viam quæ Londinum ducit: supra *Dorsthill-hill* propè *Middleton* in agro Warwicensi.

C. Tussilago *Ger. J. B. Park.* vulgaris *C. B*, Chamæleuce Plinii *Jo. Bodæ.* in *Theoph. hist. Colts-foot, or Foals-foot.* In locis humidis.

N. 1. Quæ de hujus viribus ab aliis fusè traduntur, sic brevibus complexus est Schroderus. Radices & folia virentia temperatis proxima sunt (aliis refrigerant) siccata verò modicè acria & calida evadunt. Planta est thoracica. Usus præcip. in tussi, orthopnœâ, vomicisque pectoris, quibus singulis & fumus ejus ore attractus mederi creditur. Extrinsecùs prosunt ulceribus calidis & inflammationibus [adde & erysipelati] folia recentia imposita.

2. Herba

2. Herba cum flore Sulphuris & Succino in pulverem comminuto mixtæ fumus ore hauſtus inſtar Nicotianæ Phthiſin aliquando ſanavit. *D. Boyl De util. Philoſ. Nat.*

C. Typha *Ger.* paluſtris major *J. B. C. B.* paluſtris maxima *Park. Cats-tail, Reed-mace.* In ſtagnis & piſcinis majoribus.

Typha paluſtris media *J. B.* paluſtris clavâ gracili *C. B.* Typha minor *Park. The leſſer or middle ſort of Reed-mace, or Cats-tail.* Cum priore, & etiam magis frequens. Utramque ſpeciem ſimul vidi in rivulo quodam juxta ædes Nobiliſſ. Comitis Warwicenſis *Leez-houſe* dictas in Eſſexia. Priori folia lata, glauca, ſpica major, nigrior, ſeriùs etiam floret. Poſteriori folia anguſtiora, pallidiùs virentia, ſpica gracilior minúſque colorata; maturiùs quoque exeunt ſpicæ ſeu clavæ, altitudine tamen ei non cedit.

V

VAccinia nigra *Ger.* nigra vulgaria *Park.* Vitis Idæa anguloſa *J. B.* Idæa foliis oblongis crenatis, fructu nigricante *C. B. Black Whorts, or Whortle-berries, or Bill-berries,* In ericetis & montoſis humidioribus.

Vaccinia nigra fructu majore *Park.* Vitis Idæa foliis ſubrotundis major *Ger.* V. I. foliis oblongis albicantibus *C. B.* V. I. magna quibuſdam, ſive Myrtillus grandis *J. B. The great Billberry. At Oſten in Cumberland, a village in the mid-way, between Hexham and Pereth, in the mooriſh paſtures, but more abundantly at a village called* Gamblesby *6 m. from* Pereth *in the way thence to* Newcaſtle. *Th. Willifell.*

Vaccinia rubra *Ger.* rubra buxeis foliis *Park.* Vitis Idæa ſemper virens fructu rubro *J. B.* V. Idæa foliis ſubrotundis

tundis non crenatis, baccis rubris *C. B. Red Whorts, or Whortle-berries. upon the boggy mountains and heaths in Darby, Stafford-ſhire, York-ſhire, Warwick-ſhire in Middleton Pariſh, by the new Park-pale, Wales,* &c.

Vaccinia rubra foliis myrtinis criſpis D. Merrett. *Four miles from Hæpenſtal near Widdop, on a great ſtone by the river Gorlp in Lancaſhire.* Hujus plantæ ramulum nobis oſtendit Th. Williſell, verum cùm neque flores ejus neque fructum hactenus vidimus, an deſcripta ſit nécne, determinare non poſſumus.

N. 1. Baccæ frigidæ ſunt, & cum manifeſta adſtrictione reſiccant. Ventriculo æſtuanti conveniunt, ſitim ſedant, ardentium febrium calores mitigant, alvum reprimunt, vomitum ſiſtunt, dyſenteriam è flava bile ortam curant, adversùs choleram morbum proſunt. Sed ad hos uſus *Rob* ſive ſuccus inſpiſſatus ipſis baccis longè præferendus, quoniam crudæ ſi edantur, frigidæ cùm ſint, ventriculum debilem & frigidum offendunt, alvúmque perturbant potiùs quàm aſtringunt.

2. Succus cum alumine & gallâ coctus, eleganti cæruleo colore chartas & linteamina tingit.

Vaccinia nubis *Ger. v.* Chamæmorus.

C. Vaccinia paluſtria *Ger.* Vaccinium paluſtre *Park.* Oxycoccus ſive Vaccinia paluſtria *J. B.* Vitis Idæa paluſtris *C. B. Marſh whortle-berries, Moſſe-berries, or Moor-berries. On mooriſh grounds and quagmires,* v. g. *in Sutton Cofeld-Park in Warwick-ſhire,* &c.

C. Valeriana ſylveſtris major *Ger. C. B.* ſylveſtris magna aquatica *J. B. Great wild Valerian.* In ſylvis & dumetis humidioribus.

N. 1. Pulvis radicis hujus plantæ [fortè intelligit Phu maximum] antequam caulem edat cochlearii dimidii menſurâ cum vino, aquâ, lacte, aut alio quovis decenti ſucco ſemel aut bis ſumptus, Epilepſiâ correptos liberat. Hujus vim & in aliis multis & in ſemetipſo expertus eſt F. Columna; *Panarola* Obſervat. medic.

2. Ad

2. Ad viſum acuendum & confirmandum tum flores tum radicem commendat Tragus.

C. Valeriāna ſylveſtris minor *Park. Lob.* minor *Ger.* paluſtris minor *C. B.* minor pratenſis vel aquatica *J. B. Small Wild Valerian.* In pratis humidis.

Valeriāna ſylv. ſeu paluſtris minor altera. *The other ſmall wild or Marſh Valerian.* Cum priore paſſim.

Hæc ſuperiore omnibus ſuis partibus, exceptis floribus, aliquanto major eſt. Flores autem, quâ notâ ab illa ſatis diſtinguitur, quintuplo minores, & denſiùs ſtipati ſunt quàm illius.

Valeriāna Græca *Ger. Park.* Græca quorundam colore cæruleo & albo *J. B.* 7, ſive cærulea *C. B. Greek Valerian, called by the vulgar Ladder to heaven or Jacobs ladder. Found by Mr. Liſter in Carleton-beck, in the falling of it into the river Air; but more plentifully both with a blue flower and a white about* Malham Cove, *a place ſo remarkable that it is eſteemed one of the wonders of* Craven. *It grows there in the wood on the left hand the water as you go to the Cove from* Malham *plentifully; and alſo at* Cordill *or the* Whern, *a remarkable Cove where comes out a great ſtream of water, near the ſaid* Malham.

Valerianellæ ſive Lactucæ agninæ ſpecies procerior & ſerotina. *Small wild Valerian.* Inter ſegetes. An Valeriana minima *Park?* 22, ſive ſylveſtris foliis tenuiſſimè diviſis *C. B?* Perſimilis eſt hæc planta Lactucæ agninæ dictæ, ab ea tamen ſpecificè differre mihi utramque exactiùs conferenti videtur.

N. Valeriana ruptis, convulſis, ex alto præcipitatis utilis cenſetur. Sed & folia ad oris & gingivarum cum inflammatione exulcerationes & aphthas prodeſſe dicuntur. Aiunt & radices aridas tuſáſque drachmæ pondo cum vino ſumptas, infra ſuprâque purgationem moliri. Noſtrates vulneribus levioribus folia trita imponunt, unde à nonnullis *Cut-finger* appellatur (hortenſem intellige.)

C. Verbaſcum

C. Verbaſcum mas latifolium luteum *C. B.* vulgare flore luteo magno, folio maximo *J. B.* Verbaſcum album vulgare, ſive Tapſus barbatus communis *Park.* Tapſus barbatus *Ger. White Mullein, High Taper, Cows Lungwort.* Ad agrorum margines, & in aggeribus foſſarum, nonnunquam in muris & ruderibus.

N. 1. Utilis eſt in morbis pectoris, tuſſi, expuitione ſanguinolenta, torminibus ventris *Schrod.* Extrinſecùs flores & folia præcipuæ æſtimationis ſunt in ſopiendis doloribus quibuſcunque, inprimis in affectibus ac tumoribus ani, hæmorrhoidibus, in capillis luteo colore tingendis. *Idem.*

2. Hujus folia plantis pedum nudis intra calceos ſuppoſita, paucis diebus ante debitum purgationis tempus, menſes remorantes leniter movent & educunt.

C. Verbaſcum nigrum flore ex luteo purpuraſcente *C. B.* nigrum flore parvo luteo apicibus purpureis *J. B.* nigrum *Ger. Park.* nigrum ſalvifolium luteo flore *Lob. Common black Mullein. In many places of Cambridge-ſhire, about Shelford, Abington,* &c.

Verbaſcum flore albo parvo *J. B.* 5, ſive lychnites flore albo parvo *C. B.* lychnite Matthioli *Ger. white-flowered Mullein. In many places of Kent by the way-ſide, as about Dartford,* &c.

Verbaſcum pulverulentum flore luteo parvo *J. B.* 2, ſive mas foliis anguſtioribus, floribus pallidis *C. B. Hoary Mullein.* Hæc (ni multùm fallor) eſt ſpecies illa quæ creſcit circa mœnia Norvici urbis, quam nonnulli habent pro Verbaſco fœmina flore luteo magno *C. B.* Verùm, ni malè memini, flos non adeò amplus eſt: nec tamen placet quòd C. Bauhinus anguſtifolium appellat, nam folia lata ſunt.

C. Verbēna vulgaris *J. B.* mas ſeu recta & vulgaris *Park.* communis cæruleo flore *C. B.* communis *Ger. Common Vervain.*

N. Tot

N. Tot huic plantæ virtutes ab autoribus attribuuntur, ut eas omnes adſcribere pigeat. Cephalica ac vulneraria eſt. Uſus præcip. in dolore aliiſque affectibus capitis à frigidis humoribus, in affectibus oculorum & pectoris, tuſſi inveterata: in obſtructionibus hepatis ac lienis, ictero, torminibus ventris, dyſenteria; inprimis atterit & expellit calculum, libidinem coercet, febrem tertianam fugat, arthritidem mitigat, vulnera ſanat, partum facilitat. Extrinſecùs in cephalalgia, odontalgia, alopecia, melancholia, in oculorum lippitudine, imbecillitate, rubore: in angina, raucedine (collo circumplaſmatizata) in tumore glandularum in faucibus [gargariſ.] in dolore lienis (cum axungia porci) ac podagrico mitigando, in vulneribus adſtringendis, ac putridis abſtergendis, in procidentia ani, mariſcis, &c. Hactenus Schroderus. Cum tot virtutibus polleat, quid mirum tanto eam olim in honore fuiſſe, & herbam ſacram dici meruiſſe?

† Vermiculāris frutex major *Ger. emac.* arboreſcens *Park.* Sedum minus fruticoſum alterum *C. B. The greater Shrub, or Tree-Stonecrop.* Aſſerit Lobelius in *Adv.* hunc in maritimis litoribus & inſulis Angliæ fruticare.

Vermiculāris frutex minor *Ger.* fruticoſa altera *Park.* Sedum minus fruticoſum *C. B.* minimum arboreſcens vermiculatum flore luteo *J. B. Shrub-Stonecrop.* In ſinus Briſtoienſis Anglici Oceani inſulis vocatis *Homs*, ſe copioſum avulſiſſe dicit Lobelius in *Adv.* Ego in Iſthmo illa, inſulam Portlandicam & litus Dorceſtriæ interjacente, abundè provenientem multis abhinc annis obſervavi. Eundem anteà oſtendit mihi Cl. Vir *D. Tho. Brown* M. D. Norvici in litore Norfolcienſi collectum. In tranſmarinis, inter Arelatem & D. Ægidii oppidum, ſqualidis campis non procul à Rhodani fluentis, Lobelius olim, & nos nuper, cùm Monſpelio Maſſiliam iter faceremus, uberrimum obſervavimus.

Veronica

Veronica fœmina, *v.* Elatine.

C. Veronica mas ſupina & vulgatiſſima *C. B.* mas vulgaris ſupina *Park.* vulgatior folio rotundiore *J. B.* vera & major *Ger. The male Speedwell, or Fluellin.* In paſcuis ſiccioribus & ericetis.

N. Decoctum Veronicæ ſatis magna doſi aliquandiu aſſumptum fœminam quandam calculo, quam per 16 annos in rene ſiniſtro aluerat, liberavit. Calculus nempe primò ad ureteres protruſus eſt, deinde in veſicam delatus, tandémque continuo ejuſdem decocti uſu foras ejectus. *Ephemer. German. ann.* 1. *Obſerv.* 107.

C. Veronica pratenſis minor *Park.* 6. ſive pratenſis ſerpyllifolia *C. B.* minor *Ger.* Veronica fœmina quibuſdam, aliis Betonica Pauli ſerpyllifolia *J. B. Little or ſmooth Fluellin, or Pauls-betony.* In pratis & paſcuis.

C. Veronica ſpicata recta minor *J. B.* 5, ſive ſpicata minor *C. B.* aſſurgens ſive ſpicata *Ger.* mas erecta *Park. upright ſpiked male Speedwel, or Fluellin. In ſeveral cloſes adjoyning to Newmarket-heath beyond Bottesham.*

N. Vulneraria inſignis ac ſudorifera eſt. Uſus præcip. in eroſione ac obſtructione pulmonum & lienis, hinc & imprimis in colica, phthiſi, ſcabie, pruritu, peſte, vulneribus. Extrinſecùs famoſiſſima eſt in vulneribus abſtergendis, in duritie lienis, & in colica. *Schrod.* Summatim intùs ſumpta valet 1. Adversùs tuſſim & vitia pulmonum. 2. Adversùs peſtem & morbos contagioſos. Extrinſecùs ad vulnera, ulcera, ſcabiem, cutis vitia, commendatur.

Veſicaria marina ramoſa & non ramoſa *J. B.* lib. 39. cap. 76. tom. 3. p. 818. Hæc æſtu maris in litora ſæpè rejicitur, non rarò Oſtrearum teſtis adhærescit, nec aliud eſſe videtur quàm Oſtrearum fœtura.

C. Vibur-

C. Viburnum *Park.* vulgò *C. B.* Lantana ſive Viburnum *Ger.* Lantana vulgò, aliis Viburnum *J. B. The wayfaring-tree, or the pliant mealy or Cotten-tree.* In ſepibus paſſim.

N. 1. Tum folia tum baccæ ſiccant & aſtringunt, unde ad dentes vacillantes, columellæ procidentiam, alvi fluxiones, commendantur.

2. Folia in lixivio decocta capillos denigrant, & eoſdem fluentes ſiſtunt.

3. Paratur è radicum corticibus ſub terra maceratis, & ſubinde decoctis & diu tuſis, viſcum ad aucupia haud inutile. *Matth. Dod.*

C. Vicia *Ger.* vulgaris ſativa *Park. J. B.* ſativa vulgaris ſemine nigro *C. B. Common Vetch or Tare.* Seritur in agris.

C. Vicia ſemine rotundo nigro *C. B.* Vicia vulgaris ſylveſtris ſemine parvo & nigro frugum *J. B.* Vicia ſylveſtris ſive Cracca major *Ger.* Aracus ſive Cracca major *Park. Strangle-tare, or wild Vetch.* J. Bauhinus ad idem caput reducit Aracum ſive Aracam & Craccam majorem *Lob.* & Aphacam veram *Lugd.* quæ C. Bauhinus diſtinguit. Vicia illa quæ apud nos Maio menſe omnium prima florens ad ſepes & in aggeribus maximè arenoſis frequens occurrit, perſimilis eſt ſi non eadem huic Araco. Flores habet pulchrè purpureos, ad ſingulas foliorum alas plerunque duos, in ſolo ſteriliore ſingulos duntaxat, in lætiore interdum ternos; ſiliquas longas, ſubrotundas, ſemina 8 aut 10 continentes, ex fuſco & luteo viridi varia, & non penitus nigra, prout ea deſcribit J. Bauhinus.

C. Vicia multiflora *C. B.* ſylveſtris multiflora ſive ſpicata *Park.* multiflora nemorenſis perennis ſeu dumetorum *J. B.* Vicia ſylveſtris ſpicata *C. B. Tufted Vetches, Birds tares.* In pratis, & ad ſepes. Nos hic conjunximus Viciam multifloram *C. B.* & Viciam ſylveſtrem ſpicatam *ejuſdem.* Putamus enim Galegam ſylv. *Dod.*

eandem

eandem esse cum Vicia sylvestri spicato flore Clusii.

Vicia sylvatica multiflora maxima *P. B. The great tufted Wood-Vetch.* Hæc persimilis est Viciæ sylvestri multifloræ *Park.* nisi quòd elatior sit, & floribus dilutè cæruleis striatis. *I found it once in a wood near to Caerwent in Monmouth-shire, another time in the West, but have forgot the place. Mr. Johnson hath observed it growing plentifully in the woods about Greta bridge in York-shire.*

C. Vicia maxima dumetorum *Ger. emac. Park. C. B.* sepium perennis *J. B. Bush-vetch.* In dumetis & sepibus Maio mense florens ubique reperitur.

N. Terna aut quaterna hujus Viciæ semina esitata acidos stomachi ructus sedant. *Trag.*

Vicia luteo flore sylvestris *J. B.* An Vicia sylvestris lutea siliquâ hirsutâ N. D. *C. B ? Yellow Vetch, with a rough pod. This I sometime found on Glassembury torre-hill.*

Vicia Lathyroides purpuro-cæruleis floribus. *Chichling-vetch, with a purple and blue flower.* Hujus folia composita sunt ex tribus aut quatuor pinnularum medio nervo annexarum conjugationibus, claviculis donata, glauca. Flores è foliorum alis tres aut quatuor communi pediculo prælongo insident ampli purpuro-cærulei. *Found by Th. Willisel in Peckham-field, on the back of Southwark, in a squalid watery place. This is stiled by D. Merret,* Lathyrus ex cæruleo & rubro mixtus.

G. Vicia segetum cum siliquis plurimis hirsutis *C. B.* V. parva, sive Cracca minor cum multis siliquis hirsutis *J. B.* Vicia sylvestris sive Cracca minima *Ger. emac. Small wild Tare, or Tine-tare.* Inter segetes nimis frequens. Hujus siliquæ non glabræ sunt, ut vult Johnsonus apud *Ger.* sed, ut rectè C. Bauhinus, hirsutæ.

C. Viciæ sive Craccæ minimæ species cum siliquis glabris

J. B.

J. B. Aracus ſive Cracca 3, ſeu Vicia ſegetum ſingularibus ſiliquis glabris, *C. B. Tine-tare, with ſmooth pods.* Inter ſegetes non rarò, & in ſylvis locis humidioribus. Nos pluribus ſiliquis donatam ſæpiùs vidimus.

Vinca pervinca, *v.* Clematis daphnoides.

Viola aquatica, *v.* Milleſolium aquaticum.

C. Viola Martia alba *C. B.* Martia flore albo odorato *J.* flore albo *Ger.* ſimplex Martia flore albo *Park.* in *Parad. Common white Violet.* Ad ſepes, & in aggeribus foſſarum.

C. Viola Martia purpurea *Ger.* Martia rotundifolia I, ſive purpurea flore ſimplici odoro *C. B.* ſimplex Martia *Park.* in *parad. Purple Violet.* Cum priore.

N. 1. Flos recens refrigerat & humectat; emollit, laxat: Cordialis eſt è quatuor illorum famoſorum numero, & pectoralis. Uſus præcip. in fervore febrium compeſcendo, doloréque capitis indè nato, in tuſſi, aſperitate gutturis & pleuritide. Syrupus hodiè creberrimi uſûs eſt ad ſitim febrilem reſtinguendam, & alvum leniter ſubducendam.

2. Violarum ſemen eſt lithontripticum inſigne, D. *Butlero* Cantabrigienſi olim inter arcana. *D. Needham.* Emulſionem autem ſeminum Violæ vomitum plerunque ac ſeceſſum movere monet *Schroderus.*

C. Viola Martia inodora ſylveſtris *C. B.* canina ſylveſtris *Ger.* cærulea Martia inodora ſylvatica, in cacumine ſemen ferens *J. B. Wild or Dogs Violet.* Ad ſepes, & in dumetis paſſim. Habetur & in paluſtribus frequens, niſi fortè ea ſit diſtincta ſpecies.

C. Viola bicolor arvenſis *C. B.* Jacea bicolor frugum & hortorum vitium Tragi *J. B.* Viola tricolor 5, cap. 313. lib. 2. *Ger.* An Viola tricolor ſylveſtris *Park? Small wild Hearts-eaſe, or Panſies.* Inter ſegetes ubique ferè.

Viola tricolor *Ger.* tricolor major & vulgaris *Park.* tricolor hortenſis repens *C. B.* tricolor ſive Flos Trini-

tatis *J. B. Hearts-ease, or Pansies.* In montosis Septentrionalibus, v. g. agri Derbiensis, Eboracensis, &c.

Viola montana lutea grandiflora *C. B.* Jaceæ tricoloris sive Floris trientalis genus flore luteo magno, &c. *J. B.* Jacea elegantissima flore luteo amplissimo *P. B. Pansies, with a large yellow flower. I have found this in many places among the mountains in Wales, and in the North, and do judge it specifically different from the Common.*

N. Vulneraria est ac sudorifica: Utilis in torminibus & æstu puerorum, morbisque comitialibus eorundem: in pulmonum inflammationibus, asthmate, &c. in scabie & pruritu, in uteri obstructione, & lue Venerea.

C. Viorna *Ger.* Clematitis sylvestris latifolia *C. B.* Clematis sylv. latifolia sive Viorna *Park.* Clematis latifolia dentata *J. B. Great wild Climber, or Travellers joy.* In sepibus. Flore, semine, cortice & radice vim urendi habet.

C. Virga aurea *Ger.* aurea vulgaris *Park.* aurea vulgaris latifolia *J. B.* aurea 4, sive angustifolia minùs serrata *C. B. Golden Rod.* In ericetis & montosis sylvis.

† Virga aurea serratis foliis *Park.* aurea latifolia serrata *C. B.* aurea Arnoldi Villanovani *Ger. Golden Rod, with dented leaves.* Cum priore, sed rariùs. Nos unam tantùm Virgæ aureæ speciem sponte in Anglia nascentem agnoscimus, nec multùm commovemur autoritate Gerardi & Parkinsoni contrarium asserentium.

N. Vulneraria est celeberrima intrinsecùs & extrinsecùs adhibita, ipsi etiam Solidagini Saracenicæ præferenda, lithontriptica, diureticaque non è postremis omnium consensu. Astringit insuper, ac proinde diarrhœæ, dysenteriæ, & sanguinis expuitioni medetur.

Virga pastoris, *v.* Dipsacus minor.

C. Viscum

C. Viſcum *Ger.* vulgare *Park.* V. arborum 1, ſive baccis albis *C. B.* V. quercinus & cæterarum arborum *J. B.* Aureus ramus Æneæ apud Virgilium *J. B, Miſſeltoe.* Malis & pyris necnon Oxyacantho frequenter, aliis arboribus rariùs innaſcitur. Habemus tamen hîc in virario *D. F. Willughby* in Acere minore & Fraxino, alibi vidimus in Corylo v. g. circa Brantriam in Eſſexia; in Tilia; in Salice; in Ulmo; in Sorbo aucuparia, in Rhamno cathartico, aliiſque.

N. 1. Uſus præcip. ac ſpecificè in Epilepſia: præſcribitur etiam contra Apoplexiam ac Paralyſin, tum intus epotum, tum verò collo appenſum. Extrinſecùs maturat tubercula parotides, alióſque abſceſſus (cum reſina & cera mixtum) J. Bauhinus contuſum & aquis convenientibus maceratum, adversùs vermes inteſtinorum egregio effectu pueris ſuaſu ſuo propinari ſolitum ſcribit.

2. Scimus quoſdam viſci ligno in vino macerato non inutiliter uſos contra vertiginem *J. B.* Commendatur autem præ aliis Viſcus quercinus, ejúſque defectu aut penuria (nam rariſſimus eſt) qui Corylo innaſciter. Quòd viſcus quercinus præ aliis in honore & pretio ſit, Druidum ſuperſtitioni tribuendum cenſeo, qui Viſco & arbore in qua gignebatur nihil habuere ſacratius. Vid. *Plin. hiſt. nat.* lib. 16. cap. 44. ſiquis viſcum in Quercu creſcentem videre deſiderat, Sheffeldiam adeat, à qua non procul inveniri eum à D. Fr. Jeſſop certior factus ſum.

3. Pulvis Viſci quercini (ſiquidem haberi poſſet) non Epilepſiæ tantùm medetur ſed & menſes movet. Verùm eò præcipue ejus hîc mentionem facio, quòd ſit arcanum (ut vocant) contra Pleuritim ſemel atque iterum & tertiò in aqua Card. & Papav. exhibitus. *D. Bowle.*

4. Ejus qui Oxyacantho innaſcitur pulvis vino albo aut Hiſpanico infuſus, & duabus ante paroxyſmum horis exhibitus, doſi ſubinde repetita (ſi opus fue-

rit) Febrem quartanam non rarò fugat & perfectè sanat. *D. Hulse.*

C. Ulmaria *J. B.* vulgaris *Park.* Regina prati *Ger.* Barba capri floribus compactis *C. B. Meadow-sweet.* In pratis humidis, & ad rivulos passim.

N. 1. Sudorifera & alexipharmaca est, proin convenit in fluxibus omnis generis, diarrhœa, dysenteria, fluxu menstruo, expuitione sanguinis: resistit pesti. Folia vino aut cerevisiæ immissa, gratum ei saporem & odorem conciliant, non secùs ac Pimpinellæ.

2. Flores odoris grati sunt, cor exhilarant, nec tamen caput gravant, undè & æstivo tempore conclavibus & triclinijs ornandis sternendisque conveniunt.

C. Ulmus folio glabro *Ger. emac. Park. The smooth-leaved or wych-Elm.* In agro Cantabrigiensi etiam vulgari dicto frequentior est.

C. Ulmus vulgatissima folio lato scabro *Ger. emac.* vulgaris *Park.* 2, sive montana *C. B.* Gallica Columellæ *Park. Dod. Jo. Bod.* Atinia & Gallica Plinii *iisdem.* Montiulmus, sive Ulmus montosa Theophrasti *iisdem. The Common Elm.* In sepibus & sylvis.

C. Ulmus folio latissima scabro *Ger. emac.* folio latiore *Park.* Ulmus *J. B.* Ulmus campestris & Theophrasti *C. B. Jo. Bod. in Theophr. hist. Broad-leaved Elm, or wych-Hasell.* Folia enim magnitudine sua & figura vel Coryli vel Alni folia æmulantur, mucrone tamen acutiore sunt. His addit D. *Goodyer* apud *Gerard. emac.* quartam speciem, quam appellat Ulmum minorem folio angusto scabro. *The narrow-leaved Elm. It grows in the hedges by the high-way, between Christchurch and Limmington, in the new Forest in Hampshire.*

N. 1. Ulmi radix, folia, cortex, adstringendi & abstergendi vim habent, unde & vulnera glutinant, & podagricos dolores mulcent, autore Matthiolo.

2. Cortex

2. Cortex hujus arboris in aqua communi decoquatur ad consistentiam ferè syrupi, decocto admisceatur tertia pars aquæ vitæ. Singulare est remedium adversùs dolorem ischiadicum, si pars affecta eo ad ignem aliquandiu foveatur.

3. Quæ de vesiculis foliorum Ulmi eorumque humore vulnerario annotavimus, v. in *C. C.* Vesiculæ hæ in Anglia non adeo frequentes excrescunt in Ulmorum foliis ac in exteris regionibus.

C. Umbilīcus Veneris *Ger.* Veneris vulgaris *Park.* Cotyledon major *C. B.* vera radice tuberosâ *J. B. Wall-Pennywort, Navel-wort, Kidney-wort.* In saxis & vetustis ædificiorum parietibus plurimis in locis, præsertim Meridionalibus & Occidentalibus.

N. Refrigerat, repercutit & abstergit; itaque phlegmonas erysipelatodes & erysipelata phlegmonode curat. Strumis & pernionibus illitu auxiliatur; Stomachi ardorem refrigerat. Folia cum radice comesa calculos frangunt, urinam cient, hydropicisque ex melle dantur. Ex *Dioscor. & Galeno.*

Urtīca mortua seu fatua, *v.* Lamium.

C. Urtīca minor *Ger.* minor annua *J. B.* urens minor *C. B. Small stinging Nettle.* Ad semitas, & in locis ruderatis.

Urtīca Romana *Ger. Park.* Romana sive mas cum globulis *J. B.* urens pilulas ferens 1 Dioscoridis semine Lini *C. B. Roman Nettle. I found it plentifully in great Yarmouth in Norfolk, near the Key; as also about Aldburgh in Suffolk, and elsewhere on that coast.*

C. Urtīca urens *Ger.* major vulgaris *J. B.* major vulgaris & media sylvestris *Park.* urens 1 & 2, sive urens maxima, & altera urens *C. B. Common Nettle.* Ad sepes, & in ruderibus.

N. 1. Urtica omnis diuretica est & lithontriptica; peculiariterque Cicutæ adversari dicitur, ut & hyoscyamo ac mandragoræ. Radix Urticæ majoris commendatur maximopere ad icterum.

2. In olere ſumpta ſolvit alvum, abſtergit renes, calculos expellit, expectorationem morbillorúmque eruptionem promovet. Conſerva quæ fit ex racemulis florum & ſeminum in calculo renum inque thoracis affectibus & ſputo ſanguineo medicamentum eſt præſtantiſſimum. *D. Bowle.* Succus herbæ aut ſyrupus ex eo confectus in hæmoptyſi non minùs efficax. *D. Needham*, & *D. white.*

3. Radix Urticæ magnæ vino & melle decocta, haud vulgare medicamentum eſt adversùs frigidas tuſſes & orthopnœas. Semen quoque Romanæ usûs crebri eſt in Pulmonum affectibus, aſthmate, tuſſi contumace, pleuritide, peripneumonia. Flatuoſa eſt, & Venerem extimulat.

4. Extrinſecùs putridis, gangrænoſis ac malignis ulceribus auxiliatur, duritias ac tumores diſcutit: reprimit uvulam inflammatam (gargariſat.) ſedat hæmorrhagiam narium (urtica minor ſc. contuſa, vel ſuccus ejus expreſſus naribus inditus.) *Schrod.*

5. Æſtum & puſtulas ab Urtica excitatas reſtinguit & ſanat oleum roſarum, itémque olivæ, ſed & Nicotianæ ſuccus aut folium viride applicatum, & (ut ait Parkinſonus) ipſius Urticæ ſuccus expreſſus.

6. De ſpinularum Urticæ mira conſtructione, & modo quo ſuccum illum virulentum cuti immittunt, *v.* D. *Hook* Micrographiam.

X

XAnthium, *v.* Bardana minor.

C. Xyris *Ger.* Xyris ſive Spatula fœtida *Park.* Spatula fœtida pleriſque Xyris I, ſive Gladiolus fœtidus *C. B. Stinking Gladdon, or Gladwyn.* In ſepibus & dumetis, ſed rariùs.

N. 1. Ad

N. 1. Ad alvi profluvia bibitur non ſecus ac Rhabarbarum & Aſarum. Ventris fluores, materiam per urinas deducendo & avertendo, ſupprimit. Cæterum opilionibus & ruſticorum plebi in præfectura Somerſeti Angliæ, hujus radicis decoctum aut etiam infuſum purgationes Iridis modo molitur *Lob.* Verùm in omni alvi profluvio nollem experiri hanc fervidam radicem, inquit *J. B.* fortè poſſet tolerari uſus in profluvio alvi pituitoſo.

2. Quas ſuæ Xyridi vires aſcribit Dioſcorides, an huic plantæ conveniant nécne, non inquiremus donec conſtiterit hanc veram eſſe & genuinam Dioſcoridis Xyrin.

3. Hujus radices maximarum ſunt virium in ſcrophulis intus ſumptæ. *D. Needham.*

4. Pulvis radicum exiccatarum in hyſterica paſſione, orthopnœa, & hypochondriacis affectibus utiliſſimus eſt *D. Bowle.*

Index Morborum & Remediorum.

A

A Dſtringentia.] Rad. *Acori adulter. Biſtortæ, Conſolidæ majoris, Filipendulæ vulg. Geranii cujuſcunque, Pentaphylli, Tormentillæ.* Fol. *Alchimillæ, Argentinæ, Burſæ paſtoris, Chamæciſti vulgaris, Equiſeti, Fragariæ, Gallii, Geranii, Glaſti, Gnaphalii, Herniariæ, Lichenis, Lunariæ minoris, Millefolii vulg. Muſci, Nummulariæ, Quercûs cortex & folia, Piloſellæ, Pimpinellæ, Plantaginis, Polygoni, Saniculæ, Sophiæ chirurgorum, Telephii, Trachelii, Virgæ aureæ, ulmariæ, ulmi cortex & folia. Quin & radices quoque in nonnullis harum plantarum non minùs efficaces ſunt in aſtringendo quàm folia.* Fruct. & Sem. *Berberis ſive Oxyacanthæ, Caſtaneæ nucis membrana interior, Glandium, calices, Limonii Semen, Pruna Sylv. Pyra Sylv. Mora Rubi immatura, Sorba, Ceraſa acida.*

Alexipharmaca.] Rad. *Allii, Angelicæ, Biſtortæ, Carlinæ, Eryngii, Helenii, Pimpinellæ vulg. & Saxifragæ, Succiſæ, Tormentillæ.* Fol. *Abſinthii, Centaurii min. Pimpinellæ vulg. Quinquefolii vulg. Scabioſæ, Scordii, Veronicæ, Ulmariæ.* Flores *Centaurii min. Croci, Ericæ, Hyperici, Nymphææ, Violæ.* Fruct. & Sem. *Acetoſæ, Hyperici, Herbæ Paridis. Nux Juglans, Juniperi, Sambuci baccæ. His accenſet* Prævotius *è noſtratibus Argemonem,*

gemonem, Boni Henrici ſuccum, Cardiacam, Cruciatam, Cyanum minorem, Helleborinem, Irionis ſemen, Mentaſtrum, Perſonatæ ſuccum cum vino hauſtum, Rapi ſemen, Spargani & Valerianæ minoris radices.

Ambuſta.] *Filicis mucilago, Hyoſcyamus, Populi albæ cortex, Sambuci cortex interior, Sedi minoris ſuccus, Solanum vulgare, Telephium, Tiliæ folia.*

Angina.] *Fragaria, Fungus Sambucinus, Prunella, Ribes nigrum, Papaver Rhœas, Scabioſa, Sedum majus, Succiſa, Trachelium.*

Anodyna.] *Althææ rad. Chamæmeli flores, Crocus, Cynogloſſa, Malvæ rad. & Fol. Meliloti flores, Sambuci fol. Verbaſci Flores, Violariæ fol. Telephium.*

Apoplexia.] *Ceraſa dulcia, Crocus, Eruca, Leucoium luteum, Lilium convallium, Pæoniæ ſem. Primulo veris, Aqua florum Tiliæ, Viſcus.*

Arthritis.] *Barbarea, Braſſica, Bryonia nigra, Caryophyllata, Centaurium min. Oleum è nucleis Ceraſorum, Chamædrys, Chamæpitys, Conſolida major, Ebulus, Erica, Geniſtæ ſemen, Geranium, Helenii rad. Hyoſcyamus, Hypericum, Lens paluſtris, Pentaphylli rad. Primula veris, Rhamnus catharticus, Scabioſa, Sambucus, Sedum majus, Ulmus.*

Aſthma.] *Bellis major, Crocus, Eryſimum, Lichen arborum, Marrubium album, Origanum, Periclymenum, Petaſites, Pimpinella ſaxifraga, Saponaria, Scabioſa, Sonchus, Urticæ ſem. & quæcunque inter Pneumonica recenſebimus infra.*

C

Calculus, *v.* Lithontriptica.

Cancer.] *Eryſimum, Solanum.*

Cardiaca.] Rad. *Biſtortæ, Carlinæ, Caryophyllatæ, Helenii, Petaſitidis.* Fol. *Acetoſellæ, Agrimoniæ, Calaminthæ montanæ, Cardiacæ, Pimpinellæ ſanguiſorbæ.* Flo. *Cordialis 4 dicti, ſc. Boraginis, Bugloſſi, Roſarum, Violarum, Leucoii*

Leucoii lutei, Lilii convallium, ulmariæ: & præter hæc Alexipharmaca pleraque.

Cardialgia.] *Cardiaca.*

Catarrhus ferinus. *v.* Tuſſis convulſiva.

Catarrhus.] *Eryſimum, Fragaria.*

Cauſtica.] *Ranunculi plerique, Ros Solis, Tithymali omnes, Sinapi.*

Cephalalgia.] *Peucedanum, Serpyllum, Solanum vulgare externè adhibitum: Prævotius ad Cephalalgiam quamcunque commendat ſuccum Verbenæ depuratum.*

Cholera morbus.] *Vaccinia.*

Colicus dolor.] *Agrifolii baccæ, folia, aculei: Cereſolium, Chamæmelum, Daucus, Ericæ flores, Filipendula, Geranium, Pimpinella Saxifraga, Veronica.*

Convulſivi motus.] *Chamæmelum, Ceraſa nigra, Helenii rad. Lilium convallium, Phyllitis.*

Coſmetica.] *Argentinæ aqua ſtill. Arum, Dipſaci aqua, Florum Fabæ & Fragariæ aqua deſtill. Radix Polygonati, Primulæ flores, Solanum lethale.*

D

Dentium dolor, *v.* Odontalgia.

Diaphoretica & Sudorifera.] *Buxi ligni decoct. & extract. Chamædrys, Chamæmeli decoct. aqu. Chelidonii ma. decoct. Extract. Cicutæ, rad. Crocus & ejus Extr. Ebulus, Fraxini cortex & lignum* Prævotio, *Fumaria, Juniperi ligni decoct. & Extract.* Prævotio, *Laureolæ decoct.* eidem, *Lupuli radicis decoctum* eidem, *Milii decoct.* eidem, *Petaſitidis rad. Pimpinellæ aqua* eidem, *Polygoni ex vino decoct. Sambuci baccæ, Saponaria, Tormentillæ rad. Veronica, ulmaria.*

Diarrhœa.] *Berberis, Farina Fabarum, Lens, Muſcus, Oxylapathi ſem. Phyllitis, Plantago, Polygonum, Sorbus, Virga aurea, ulmaria, & reliqua ferè adſtringentia.*

Diuretica.] *Abſinthium, Acorus, Adianthum, Agrifolii ſummitates, Anonis, Apium, Aquilegia, Aſparagus, Barbarea,*

rad, Betonica, Bryonia nigra, Calamintha, Carduī quicunque, Cerefolium, Chamædrys, Chamæmeli flores, Cichorium, Crocus, Daucus, Eryngii cujuſcunque radix, Eryſimum, Eupatorium Avicennæ, Aqua florum Fabæ, Filipendula, Fœniculæ rad. & ſem. Fraxini lignum & ſem. Geniſtæ flores, Baccæ Juniperi, Linaria, Semen Lithoſpermi, Hedera terreſtris, Hypericum, Kali, Lupulus, Meum, Naſturtium aquat. Percepier, *Periolymenum, Perſicaria ſiliquoſa, Peucedanum, Pulegium, Plantaginis ſuccus, Rhaphanus ruſticanus, Rubia, Ruſcus, Salvia agreſtis, Saxifragia alba & pratenſis, Siſon, Sium, Solani halicacabi baccæ, Tiliæ cortex & folia, Valeriana, urticæ ſem. & racemuli.*

Dyſenteria.] *Berberis, Clematis daphnoides, Cynogloſſum, Lamium rubrum, Lens, ungentum de Lunaria, Muſcus, Piloſella, Plantago, Polygonum, Sophia chirurgorum, Tiliæ baccarum pulvis, Verbena, Virga aurea, & pleraque adſtringentia.*

Dyſuria.] *Daucus, Cineres ſpongiolæ Roſæ caninæ, Syrupus mororum Rubi vulgaris.*

E

Emetica.] *Aſarum, Atriplicis radix & ſem. Betonicæ rad. Digitalis flores, Ebuli radices, Euonymi baccæ, Eupatorii cannab. radices, Geniſtæ ſem. Hederæ baccæ, Juli & cortex interior Juglandis, Laureola, Narciſſi bulbus, Polygonati baccæ, Sambuci aquat. baccæ autore* Prævotio, *Sedi minimi ſuccus, Senecionis herba, Spergulæ ſemen.*

Emmenagoga, *v.* Menſes moventia.

Emollientia.] *Alcea, Althæa, Atriplex, Beta, Chamæmelum, Lapathum, Malva, Mercurialis, Parietaria, Violaria.*

Epilepſia.] *Ceraſa dulcia, Digitalis, Filipendula, Lilium convallium, Pæoniæ rad. & ſem. Sinapi, Succiſa, Aqua florum Tiliæ, Valerianæ radices, Viſcus.*

Eryſipelas.]

Eryſipelas.] *Lens paluſtris, Mali ſylv. ſuccus, Malva, præcipuè hortenſis, Solanum vulgare, Tuſſilago, Umbilicus Veneris.*

F

Febris & febrilis ardor.] *Acetoſa, Argentina externè, Ceraſa acida, Cichoreum, Dens leonis, Geranium, Lichen, Lujula, Papaver Rhœas, Portulaca, Roſæ caninæ fructus, Mora Rubi Idæi, Vaccinia, Violaria.*

Tertiana.] *Alſine in Epithem. Caryophyllata, Centaurium minus, Hypericum, Pentaphyllum, Sinapi in Epithem. ad carpos, Verbena.*

Quartana.] *Cicuta, Hypericum, Linaria vulg. Oxyacanthini viſci pulvis vino albo infuſus, Pentaphyllum, Rapum, Sambuci baccæ, Sedi minoris ſuccus.*

Quotidiana.] *Lupulus in Epithem.*

Flatus.] *Cari ſemen, Mei ſemen, Fœniculi ſem. Radices Ari ſiccatæ, Tanacetum.*

Fluor albus mulierum.] *Filipendula, Flores Lamii albi, Paronychia foliis rutaceis, Roſa canina.*

Fonticuli *ſeu Fontanellæ.*] *Hedera, Saponaria.*

Fracturas oſſium conſolidantia.] *Conſolidæ majoris & Polygonati radices, Ruſcus.*

G

Gargariſmis idonea.] *Folia Aquilegiæ, Periclymeni, Aquæ Fragorum.*

Gonorrhœa.] *Cichoreum, Cynogloſſum, Dens leonis, Lichen, Milleſolium vulg. Nymphæa Plantago, Polygonium.*

H

Hæmoptysis.] *Argentina, Asplenium, Bardana major, Pes cati, Plantaginis succus, Urticæ succus & eorundem aqua still. Vinca pervinca.*

Hæmorrhagia.] *Bistorta, Clematis daphnoides, Gallium luteum, Geranium sanguineum, Glastum, Gnaphalium, Millefolium, Pentaphyllum vulg. Ros solis, Salix, Pulvis baccarum Tiliæ, Urticæ, & in genere omnia adstringentia.*

Hæmorrhoides.] *Chamædrys, Chelidonium minus, Cynoglossa, Fungus Betulæ, Fungus pulverulentus, Galeopsis succus, Filipendula, Linaria, Scrophulariæ rad. Serratula, Sideritis, Verbascum, Vinca pervinca, Genista. His tribus malis & reliqua ferè adstringentia conveniunt.*

Hepatica.] *Absinthium, Acetosella, Agrimonia, Asperula, Betonica, Centaurii minoris flores, Cichorium, Fragaria, Fumaria, Lichen, Mentha.*

Hernia.] *Alchimillæ exiccatæ pulvis, Consolida major, Cruciata, Dentaria. Filix præcipuè florida, Geranium columbinum, Herniaria, Lens palustris, Lunaria, Nummularia, Perfoliata, Polygonatum, Serratula, Telephium, Valeriana major.*

Herpes.] *Chelidonium majus, Gummi Ceraſi & Pruni sylv. Erica, Pilosella.*

Hydrops.] *Absinthium, Alnus nigra, Ebulus, Genistæ sem. & summitates, Kali, Linaria, Polypodium, Pulegium, Ranunculus hederaceus, Rhamnus cutharticus, Solanum lignosum, Soldanella.*

Hypnotica.] *Narcotica omnia, Unguentum Populeum, Primulæ maj. flores & conserva eorundem.*

Hysterici affectus.] *Atriplex olida, Daucus, Meum, Parthenium, Pastinaca sativa tenuifolia, Peucedanum, Phyllitis, Sphondylium, Xyridis rad.*

INDEX.

I

Ictерus.] *Apium, Aquilegia, Asparagi rad. Asperula, Berberis cortex interior, Centaurium minus, Chamædrys, Chelidonium maj. & min. Crocus, Cyani flores, Eryngium, Eupatorium Avicennæ, Fragaria, Fraxini ſement, Fumaria, Geniſtæ ſem. Hedera terreſt. Hypericum, Lens paluſtris, Lichen, Linaria, Marrubium album, Mercurialis ſem. Origanum, Oxylapathi rad. Pulegium, Ruſci radices, Solani veſicarii baccæ, Solani lignoſi ſeu Dulcamaræ lign. & folia, Thalictrum, Verbena, Urtica.*

Iſchiadicus dolor.] *Artemiſia, Aſparagi rad. Centaurium min. Conſolida maj. Helenium, Jacobæa, Populus alba, Thlaſpi, Ulmi cortex & quæcunque præterea Arthritidi conducunt.*

L

Lac abſumentia.] *Plantago aquatica.*

Lac coagulantia.] *Flores Acanthii vulg. Gallium luteum.*

Lethargus.] *Sinapi.*

Lienteria.] *Farina Fabarum.*

Lithontriptica.] Rad. *Acetoſæ* Prævot. *Acori, Cardui fullonum, Caryophyllatæ ſylv.* Prævot. *Eryngii* Prævot. *Helenii, Filipendulæ vulgaris Filicis, Peucedani, Pimpinellæ Saxifragæ, Rhaphani ruſt. Rubi, Rubiæ, Tragopogi, Urticæ.* Fol. *Althææ, ut & radix & ſem. Anonidis, Aparines aqua deſtill. Argentina, Aſparagus, Avellanæ ſylv. cortex* Prævot. *Betabungæ, Betonicæ, Braſſicæ, Cardui ſtellati, Cerefolii, Chamædryos, Chamæpityos, Naſturtii aquat.* Parietariæ, Parthenii, Percepier, *Perſicariæ, Piloſella, Pulegii, Quercûs, Salicis, Saxifragæ albæ & pratenſis, Siſymbrii, Sium aqua Tanaceti, Thalictri, Veronicæ, Virgæ paſt. Virgæ aureæ, Capillares herbæ.* Flores *Chamæmeli, Conſolidæ regalis, Ericæ, Geniſtæ ut & ſummitates*

ſummitates. Fructus & ſem. *Bardanæ maj. & min.* Prævot. *Dauci, Ivionis, Juniperi, Lithoſpermi, Oxyacanthi, Pencedani, Roſæ ſylv. Solani halicacabi, Violæ purpureæ. His adde Gummi Ceraſi, nucleos & oleum è nucleis Ceraſorum, & Graminis radices.*

Lochiorum nimius fluxus.] *Filipendulæ radices.*

Lues Venerea.] *Lignum Buxi, Saponaria, Scorodonia, Succiſa.*

Lumbrici inteſtinorum] *Abſinthium, Allium, Cannabis ſem. aut ſolforum ſuccus* Prævot. *Centaurium min. Corallina, Filicis fœm. radix, Gramen caninum, Helleboraſter maj. Hypericon, Juniperus Alpina, Mayrubium album, Parthenium, Sabina in hoc genere excellit, Senecionis ſuccus aut decoct. Scordium, Tanacetum. Viſcus. His adde è* Prævotio *Enulæ recentis ſuccum, Petaſitidis radicem, Rutam caprariam.*

M

Mania & Melancholia.] *Tinctura florum Hyperici.*

Mammarum durities & tumores.] *Althæa, Cerefolium, Malva, Mentaſtrum, Farina Fabarum, Senecio, Sium aquat. Solanum vulgare & lethale.*

Melancholia.] *Fumaria, Pimpinella.*

Menſes moventia.] *Abſinthium, Acetoſæ radix, Acorus, Alliaria, Apium, Aquilegia, Artemiſia, Arum, Aſarum, Aſparagi rad. Betonica, Becabunga, Bryoniæ rad. Calamintha, Cardiaca, Capa, Centarii min. rad. Chamædrys, Chamæmelum, Chamæpitys, Conyza, Crocus, Daucus, Eryngii rad. Eupatorium Avicennæ, Hedera terreſt. Filicis rad. Graminis rad. Helenii rad. Hypericum, Leucoii lutei flores, Matricaria, Meliſſa, Mentaſtrum, Mercurialis, Meum, Naſturtium, Phyllitis, Pimpinella, Periclymenum, Polytrichum, Praſſium, Pulegium, Ruſcus, Rubia, Salvia agreſtis, Saponaria, Serpyllum, Tanacetum, Urticæ ſem. Præ aliis omnibus Sabina, quamvis hæc in Anglia ſponte non proveniat: quin & diuretica pleraque ſunt etiam emmenagoga.*

Menſes

Menſes ſiſtentia.] *Mentaſtrum, Pimpinella, Plantago, Papaver Rhœas, Polygonum, Roſæ caninæ flores, Vinca pervinca & reliqua ferè Adſtringentia.*

Mictus involuntarius] *Agrimoniæ exiccatæ pulvis, Plantago.*

N

Narcotica.] *Croci flores, Cynogloſſum, Hyoſcyamus, Lactuca ſylv. Lolium, Papaver.*

O

Odontalgia.] *Argentina, Chelidonium minus, Clematis daphnoides, Lepidii radices, Primula veris, Ptarmica.*

Ophthalmica.] *Caryophyllata, Chelidonium majus, Cichorei & Cyani flores, Dipſaci aqua, Enula campana, Erica, Euphraſia, Fumaria, Fœniculum, Horminum, Holoſteum, Linaria, Lyſimachia ſpicata, Pomorum agreſtium ſuccus, Salicis lachryma, Valeriana, Verbena.*

P

Paralyſis.] *Ceraſa dulcia, Erica flores, Leucoium luteum, Lilium convallium, Primula veris, Sinapi, Viſcus.*

Paronychia.] *Paronychia vulg. Telephium.*

Peſtis.] *Anagallis mas, Arum, Hederæ baccæ, Herba Paris, Juniperi baccæ, Petaſites, Ranunculus bulboſus, Scordium, Scorodonia, Thalictrum, & Alexipharmaca pleraque.*

Phthiſis.] *Bellis maj. Conſolida maj. Crocus, Dens leonis, Glycyrrhiza, Helenium, Linum, Tuſſilago, Betulæ ſuccus & reliqua Pneumonica.*

Pleuritis.] *Glycyrrhiza, Aqua florum Pruni, Fraxini ſem. Linum, Papaver Rhœas, Scabioſa, Tragopogi rad. Violaria, Viſcus, urtica & pleraque Pneumonica.*

Pneumonica.] *Adianthum album & aureum, Althæa, Artemisia, Arum, Calamintha, Crocus, Filipendula, Glycyrrhiza, Hedera terrestris, Helenium, Lichen arborum, Marrubium album, Pes cati, Peucedanum, Pimpinella saxifraga, Pulegium, Pulmonaria, Scabiosa, Tussilago, Verbascum album, quod nostrates* Cows Lungwort, *i. e. Pulmonarium boum, appellant, Veronica, Trichomanes, Urticæ semen.*

Purgantia.] *Alnus nigra seu Frangula, Asarum, quamvis hoc nondum in Anglia spontaneum observaverim, Bryonia alba, Cuscuta, Digitalis, Dulcamara, Esula, Euonymus Theophrasti, Eupatorium Avicennæ, Genistæ semen & summitates, Juglandes immaturæ saccharo conditæ, Oxyacanthæ cortex medianus, Pinguicula, Polygalon, Polygonati baccæ, Polypodium, Rhamni cathartici baccæ, Sambuci & Ebuli sem. cortex, succus, Soldanella, Sorbi sylv. seu Aucupariæ baccæ, Thalictrum, Valerianæ radices, Xyridis radices. Kali, Laureola, Linum catharticum, Tithymali omnes, & siquæ præterea inter Emetica recensuimus.*

R

Rachitis.] *Filix præcipuè mas & florida, Ruta muraria, Trichomanes.*

S

Sanguinem purgantia.] *Fumaria, Nasturtium aquaticum, Urticæ turiones.*

Scabies.] *Lapathi rad. & aqua still. Chamædrys, Conyza, Fumaria, Lichen, Origanum, Scabiosa, Scrophularia, Veronica.*

Scorbutus.] *Abies, Aceris lachryma, Becabunga, Betulæ lachryma, Radices Ari siccatæ, Centaurium minus, Chamæmorus, Chelidonium minus, Cochlearia, Fumaria, Nasturtium aquaticum, Nummularia, Oxylapathi radix, Rhaphanus*

phanus ruſticanus, Piſa viridia, Rapa cruda & cocta, Mora Rubi vulgaris & Idæi, Scorodonia, Sorbus ſylv. Soldanella.

Scrophulæ.] *Aparine, Bardana minor, Bellidis minoris radices, Chamædrys, Clematis daphnoides, Cynogloſſæ radices, Digitalis, Geniſta, Lamium album, Malus ſylv. Paronychia foliis rutaceis, Perfoliata, Scrophularia, Umbilicus Veneris, Xyridis rad.*

Singultus.] *Daucus.*

Splenitica.] *Ceterach, Cicuta, Fraxini ſem. cortex & lignum, Geniſta, Orobanche, Polypodium.*

Sternutatoria.] *Ptarmica, Saponaria, Sinapi, Thlaſpeos ſem.*

Stranguria.] *Conſolidæ maj. flores, Daucus, Linaria, Populus alba, Ruſci rad. Sonchus.*

Strumæ, *v.* Scrophulæ.

T

Tabes.] *Anagallis, Dens leonis, Eryngium, Marrubium album, Parietaria, Pimpinella, Tragopogi radix.*

Tinctoria.] *Alni cortex, Geniſta tinctoria, Glaſtum, Lichen petræus, Luteola, Rubiæ radix.*

Tormina.] *Meum, Serpyllum, Tanacetum, Trifolii prat. purp. flores, Verbena,*

Tumores & inflammationes.] *Cerefolium, Oleum Chamæmelinum, Cicuta, Cynogloſſa, Fagi folia, Galeopſis ſuccus, Lamium, Oleum Lini, Malva, Orchidum rad. Parietaria, Rapum, Selinum Sii foliis, Sphondylii rad. urtica.*

Tuſſis.] *Enula campana, Eryſimum, Daucus, Glycyrrhiza, Baccæ Juniperi, Linum, Marrubium album, Parietaria, Periclymenum, Petaſites, Peucedanum, Scabioſa, Tragopogi radix, Tuſſilago, Verbena, Violaria, urticæ radix & ſemen, Caſtanearum farina.*

Tuſſis convulſiva ſive Catarrhus ferinus.] *Muſcus pyxidatus, Succus Pulegii, Origanum.*

V

Variolæ & Morbilli.] *Ad præcavendum* v. *Alexipharmaca*, *ad expellendum Aquilegia*, *Crocus*, *Rapi semen.*

Venerem ſtimulantia.] *Aſparagus*, *Avellanæ*, *Caſtaneæ*, *Crocus*, *Eryngium*, *Eruca*, *Dauci ſemen*, *Fœniculum virens*, *Cannabis*, *Fabæ*, *Orchides omnes*, *Opiata quæcunque*, *Paſtinaca latifolia*, *Horminum*, *Mentha virens*, *Naſturtium*, *Ononis*, *Perſonatæ rad. Rapi Semen*, *Sinapi*, *Apium dulce*, *quod* Sceleri *dicitur.*

Ventriculum roborantia *ſeu* Stomachica.] *Abſinthium*, *Acorus*, *Acetoſa*, *Agreſta*, *Berberis*, *Caryophyllata* Prævot. *Ceraſa accida*, *Fraga*, *Mentaſtrum*, *Calamintha*, *Pruna ſylveſtria & eorum ſuccus*, *Pulegium*, *Prunella*, *Sorba*, *Ranunculus.*

Verrucæ.] *Mercurialis*, *ſuccus in foraminibus Populi collectus*, *Lac Tithymalorum*, *præcipuè Helioſcopii*, *Dipſacus*, *Galeopſis ſuccus.*

Vertigo.] *Primula veris*, *Aqua florum Tiliæ*, *Viſcus.*

Ulcera cancroſa.] *Elatine*, *Gallium*, *Laureolæ pulvis.*

Vomitoria, *v.* Emetica.

Vomitum ſiſtentia.] *Sal Abſinthii*, *Menthæ aqua ſtillat. Polygonum*, *Rubus Idæus*, *Vaccinia.*

Urinæ ardor vel acrimonia.] *Caſtanearum emulſio*, *Malva*, *Glycyrrhiza*, *Portulaca*, *quamvis ad acrimoniam urinæ mitigandam nihil conducibilius ſit quàm Lac recens copioſè ingeſtum*, *aut Lactis defectu Serum vel Cerevisia tenuis*, *nihil enim aliud requiri videtur*, *quàm ut Sanguis ſero exhauſtus leni aliquo liquore affatim diluatur.*

Vulneraria.] *Agrimonia*, *Alchimilla*, *Anagallis*, *Androſæmum*, *Argentina*, *Artemiſia*, *Bellis major & minor*, *Betonica*, *Bonus Henricus*, *Bugula*, *Centaurium*, *Ceterach*, *Chamædrys*,

Chamædrys, Cicuta, Conſolida maj. Cruciata, Cynogloſſum, Equiſetum, Eupatorium Avicennæ, Fœniculum, Geranium, Glaſtum, Hedera terreſt. Herniaria, Hypericum, Jacobæa, Lamium, Lilium convallium, Lunaria minor, Melilotus, Milleſolium, Nummularia, Ophioglosſum, Panax coloni, Parietaria, Pentaphyllum, Perſoliata, Perſicaria, Peucedanum, Piloſella, Pimpinella, Pinguicula, Plantago, Polygonatum, Polygonum, Prunella, Rubia, Salviæ agreſtis, Sanicula, Scordium, Serratula, Sophia Chirurgorum, Succiſa, Tanacetum, Telephium, Tormentilla, Valeriana, Verbena, Virga aurea, Veronica utraque.

FINIS.

ERRATA.

PAg. 3. lin. 7. *pro* ex quæ *lege* quæ ex. p. 36. l. 2. denominari. 59. 35. diphthongo. 62. 1. nigro. 6. Teſæ. 66. 20. *poſt* Chamæmeli *inſere* ad. 90. 2. juſculo. 4. folio. 103. 15. reſiduum 117. 20. obſtructiones. 119. 7. Hæc verba. *In a little wood* &c. ad fungum ſequentem pertinent. 121. 5. excuſſis. 133. 4. *Glaſs.* 139. 14. ſummo. 146. 34. *Vox* filamentis *in ſequentem lineam transferatur poſt* alia. 148. 30. *vox* Fulv. *deleatur.* 149. 36. lanatum, & *Lugd.* 172. 10. tonſillarúmque. 186. 20. Cyprus 26. loca. 188. 27. cœruleis. 190. *ult.* inveniri. 204. *pinult. poſt* ſhire *ſupple* Figura. 205. 20. *Tres notæ ſequentes ad* Muſcum clavatum *Ger. pertinent, ideoque ad paginam* 24. *transferendæ ſunt, & poſt lineam octavam inſerendæ.* 218. 31. Origănum. 222. 14 hiant. 230. 8. Prutenicum. 238. 24. vulgare. 244. 35. aquis. 245. 23. *Nota prima ad Lichenem arborum* pag. 125. *transferatur, ad quem pertinet.* 254. 27. Nonnulli. 260. *ult.* alias. 276. 8. eſu. 282. 26. Craſſula. 285. 9. *dele* at. 293. 35. ægris. 307. 6. viridario. 308. 24. latiſſima.

Quæ notavimus Errata, præter ea quæ Manuſcripto noſtro debentur, leviora ferè ſunt, quæque Lector ipſe facilè poſſit diſcernere & corrigere. Quod ideo monendum duxi, nequis opuſculum hoc mendis ſcatere, aut Typographum in eo excudendo minùs ſtrenuè, & diligenter partes ſuas egiſſe arbitretur; cui è contra hoc nomine me gratias debere fateor, quòd emendatior multo libellus iſthic è prelo prodeat, quàm ſoleant nunc dierum libri Latini aut Græci.

ME-

METHODUM PLANTARUM Generalem, quam in Præfatione pollicitus ſum, quod attinet, ſciat Benevolus Lector, me illam dudum adornâſſe, & Reverendiſſimo Præſuli D. *Joanni Wilkins* nuper Epiſcopo Ceſtrienſi in manus tradidiſſe, ut pars aliqua eſſet *Tabularum Philoſophicarum* pro Opere illo egregio de *Charactere Univerſali*, cujus editionem Latinam figuris in æs inciſis illuſtrandam moliebatur. Verùm laudatiſſimo Autore, mihíque præ aliis æternùm honorando, rebus humanis erepto, antequam opus illud in quod tantum laboris impenderat, tantos ſumptus fecerat, planè abſolutum & prelo aptatum eſſet, nemo *amicorum* hactenus inventus eſt, qui ejus *perficiendi* edendíque curam & laborem in ſe ſuſcipere voluit; adeóque in ſcriniis deliteſcens cum blatris & tineis rixatur; noſtráque unà Methodus, nunquam puto lucem viſura, niſi ſeorſim emittatur.